7
E
51

7
2 I
41

H.5.

~~7.9.E.51.~~

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Aut. Julio Solimano S. J.
Pragæ 1629. typis Pauli
Leuij

Digitized by Google

IMAGO
PRINCIPUM
BOHEMIÆ
LXI. ELOGIIS
DUCUM,
REGUM,
INTERREGUM,
ADUMBRATA,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In novum Patriæ ſplendorem,
& publicum Regni decus,
ſpectatum propoſita

AB

ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

MICHAELE FRANCISCO
FERDINANDO
S.R.I. COMITE AB ALTHANN:

CUM

In antiquiſsima & celeberrima Univerſitate Carolo - Ferdinandea Pragenſi

PRÆSIDE

REVERENDO AC DOCTISSIMO

P. JOANNE HABELIO

è SOCIETATE JESU,

AA. LL. & PHILOSOPHIÆ DOCTORE,

Ejuſdémque in eadem Univerſitate Profeſsore Ordinario,

Pro prima Philoſophia Laurea

PHILOSOPHIÆ RATIONALIS ASSERTIONES

propugnaret

IN AULA CAROLINA

Anno à partu Virginis M. DC. LXXIII.
Menſe Die

TOLLE

INCLYTA BOHEMIA

ET IN IMAGINE TYPO ADUMBRATA

LEGE ITERUM LINEAMENTA,
QUÆ VIVIS FACTORUM EXPRESSA COLORIBUS
IN PRINCIPIBUS TUIS ALIQUANDO SPECTASTI.
IMAGO SEXAGINTA ELEGANTIARUM
SEXAGINTA PLURES EXHIBET PRINCIPES.
SI QUORUM LINEAMENTA, BELLICA TUORUM CLADE,
CRUENTA SUNT:
GAUDE; ALIORUM VIRTUTE INDUCTAM CANDIDÆ
PACIS FELICITATEM.
SI QUORUM NOMINA NIGER NOTAVIT CALCULUS:
VIDE, AD UMBRÆ PRÆSENTIAM ALTIUS EMERGERE
LUCIS GRATIAM.
NOLI VERERI PAUCORUM, QVAS CERNES,
NEBULAS:

BIBLIOTECA NAZ.

PRIDEM HAS ALII SERENISSIMI SOLES DISSIPARUNT.
SCRUTARE NUNC TUA SINE DOLORE VULNERA,
ET MANUM MEDICAM OSCULARE.
SPECTA, UT POTES, SINE HORRORE RUINAS,
ET POSTQUAM ERECTA CONSISTIS, LÆTARE.
NVLLAM POSTHAC VEREARE TEMPESTATEM,
QUÆ
CONSILIO ET INDUSTRIA
SAPIENTISSIME GUBERNARIS.

TOL-

TOLLE, TERRA REGIA,
ET IN COMPENDIO LEGE
TUA ORNAMENTA, ET QUA ETIAMNUM FLORES FELICITATE,
AB
AUSTRIACA TIBI DOMO
CONSERVARI.
QUANTA DOMUS,
CVI REGNORVM INNITITVR FELICITAS!
SUPERI! SERVATE HUIC DOMUI
BOHEMIAM,
HANC DOMUM BOHEMIÆ;
STANTE HAC DOMO STABIT
REGNUM.

SIC OPTO, SIC VOVEO,

MICHAEL
FRANCISCUS FERDINANDUS
S. R. I. COMES AB ALTHANN.

Digitized by Google



Digitized by Google


Digitized by Google

CZECHUS
BOEMORUM DUX I.

Hunc Patrem, Hunc generis venerare Boëmia fontem;
Fluxit ab Hoc magni Sangvinis altus honor.
Hic necis admiſſæ cauſam quàm dicere iniquo
Judice, ab antiquo maluit ire lare.
Ergo tuis exul, fœcunda Croatia, aboris
Venit ad Hercinijs ſubdita prata jugis.
Hîc ſtetit. Eximij quæ virtus exulis eſſet,
Diſcite. in Exilio condidit Imperium.

BOëmorum Principatum Czechus Croata fundavit. Is nobili apud ſuos loco natus, homicidij reus dicere cauſam juſſus maluit Patriâ carere, quàm adverſariorum factione, ac vi, iniquo judicio opprimi. Ergo voluntarius exul cum Lecho Fratre, alijſque ſanguine, aut amore junctis, Croatiâ excedens in eam, quam Hercinia ſilva ſuo ambitu coronat, ac munit regionem, incolis ea tempeſtate ferè vacuam, reparatæ Salutis Anno D. C. XXXIX. Idi: Iulij devenit. Facta in ſuos fertiliſſimi agri diviſione, Boëmæ Gentis author fuit, regnavítque primus. Indulgentiâ nova Regna eriguntur, quâ antiqua corruunt. Svavi novæ gentis moderatione brevì perfecit Czechus, ut, confluentibus undiq; in novam Provinciam incolis, Boëmia vix nata novo Polonorum Regno fundando ſufficeret. Le-

chus Fraternæ virtutis æmulatione excitatus, Czecho annuente, ex Boëmia trans montes, Aquilonem verſus coloniam duxit, maximæ olim gentis initium. Præſtantiſſimorum Fratrum par virtus à conſveto ſcelere humanitatem liberavit: Effecit, ut in mutuum Fratres decus conſpirarent, nec alter per alterius cædem iret ad Solium. Beatius quiddã vidit Boëmia, quàm Roma. A duobus Fratribus fundata, alterius ſanguine non eſt cruentata, ut unus imperaret. Creſcebat in dies Boëmæ rei dignitas, cum Czechus ætate jam gravi vivere deſijt, nulla relicta Prole. Vir novi populi, ac Principatus author luctum facilè à ſuis impetravit, qui cariſſimi capitis deſiderium teſtaretur. Illud illuſtrius, & diuturnius popularis amoris in Principem documentum: ad Authoris ſui memoriam ab omni temporum injuria vindicandam in hanc uſque diem Boëmi ſeſe Czechios nominant, & nomini gloriam ineſſe arbitrantur.



Digitized by Google

Digitized by Google

CROCCUS
BOEMORUM DUX II.

TE ſceptro donat Virtus; non ſanguis in aulam,
Præcipitis vulgi non levis aura vehit.
Auſpicijs accede bonis. Te Principe Regnum
Creſcet, & in mores diſcet abire tuos.
Anne vides? Aurum jam lympha Boëmica volvit:
Illa monet, quæ te Principe ſecla fluent.

CZecho in Principatu Croccum Virtutis ſuffragium veriùs: quàm hominum voluntas ſubſtituit. Extincto Gentis authore Democratiam placuit Boëmis inſtituere. Sed frequentibus ſeditionibus diſcerpi Rempub: cùm vidiſſent, didicerunt tenerum Regnum ex unius ingenio vivere debere, ut feliciter adoleſcat. Poterant hoc à natura didiciſſe, quæ raró voluit diuturnam eſſe homini vitam, cui puero contigit diverſó plurium fæminarum lacte nutriri. Ergo cùm uni Reſpub. committenda videretur, longæ conſultationis de eligendo Principe moras Crocci inclita virtus abrupit. Prudenti futurorum prævidendorum ſolertiâ apud rudem ea tempeſtate Populum aſſecutus fuerat Croccus, ut divino afflatus Numine crederetur. Ea conſtitutus apud ſuos in opinione nihil non tentavit feliciter. Moribus primùm formavit, novis deinde extructis Oppidis, atque arcibus Principa-

tum

tum amplificavit. Optimum ſibi Principem gratulabantur Boëmi, cùm primum in Boëmiæ fluminibus aurum repertum eſt. Res ceſſit in laudem Ducis: aurum ſub aureo Principe debuiſſe inveniri. Evulgaverat jam fama Crocci prudentiam, dignúſque Vir Imperio non modò à ſuis, ſed ab alienis etiam habebatur. Ad confirmandum Reipub: Statum apud Polonos fluctuantem vocatus eſt, & compoſuit feliciſſimè. Itaque accepti beneficij monumentum extare Poloni voluerunt, & quam eo tempore ad Viſtulam extruebant, Civitatem à Crocco Croccoviam nuncupârunt. Vixerat gloriæ ſatìs, cùm communi ceſſit fato Vir prudentiſſimus. Tres reliquit filias, Belam, Tectam, Libuſſam, divinandi arte inſtructas, eáque animi vi, ut Libuſſa natu minima poſt Parentem Bohemiæ præeſſe potuerit. Virtus nulli præcluſa neminem ab Imperio, nè fæminam quidem, patitur excludi.



C LIBUS

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

LIBUSSA
BOEMORUM DUX III.

*HEu quæ tempeſtas navim diverberat? **Ira***
Libuſſam puppi pellere cæca parat?
*Deſine plura furor. Non vir, non fœmina: **Virtus***
Ipſa eſt, quam Regni flectere fræna decet.
*Fœmineũ Huic nomen quiſquam obijcit? **Inclyta Virtus***
Adſit: Regno aptum fœmina nomen habet.

HÆc animi robore ſexus infirmitatem abundè compenſavit. Principatum divinandi arte adepta, prudentiâ retinuit. Unum hoc in adminiſtranda Repub: Principi difficillimum: Pauperum jura contra potentiores tueri; Hos enim vindicata miſerorum injuria armat in Principem. E Primoribus aliquis ab homine calamitoſo ad Libuſſæ tribunal vocatus, æquiſſimâ ſententiâ, causâ cecidit. Hinc orta tempeſtas gubernaculum vigilantiſſimæ Heroinæ tentavit eripere. Factioſi hominis inſaniâ commoti Nobiles Solio Libuſſam deturbare decreverant. Iniquiſſimo facinori honeſtus præfigebatur titulus, fœminæ nomen, quod Principis Majeſtatem non caperet. Virorum conatum mulieris ingenium eluſit. Unum ſeditioſis dedit: Virum in Regni partem recepit, ſed quem ipſa elegit; & ab agro ad thorum, ab aratro ad ſceptrum accerſivit. Primislaus is fuit, cui co-

ronim Libuſſa cùm dedit, neſcio an major fuerit, quàm cùm ſibi ipſi impetravit. Fortè plus eſt Imperium dare; quàm accipere. Pacatis Nobilium animis juſſit Primislaum ſolo Principis nomine contentum eſſe, dum ipſa viveret, & liberaliùs in Reipub: bonum deinceps incubuit. Novam Urbem ad Moldavam, auguſtiſſimum pulcherrimi Regni caput, ædificavit, dixitq; Pragam. Civitate abſolutâ Civium diſcrimina, & ordines condidit, excluſâ à publicis honoribus plebe. Meritò nobilitatem à plebe ſecernunt etiam honores, cùm illam ab hac virtutis potiùs ſplendor, quàm antiquitatis tenebræ diſcriminant. Repub: conſtituta præſtantiſſima Mulier obijt Libi, in arce à ſe ædificata. Excedens reliquit exemplum, cujus imitatione & aliæ in Boëmia Mulieres crederent ab ſe quoq; poſſe cum laude Principatum obtineri. Sæpe majora nobis, quàm poſſimus, dulci fraude pollicemur, & deſideriorum vaſtitate virium terminos excedimus.



Digitized by Google

Digitized by Google

PRIMISLAUS I.
BOEMORUM DUX IV.

Ex agro ad ſolium rapitur; nè deſpice. Romæ
Sic Cincinnatos arva dedêre Duces.
Nec minor Huic virtus; ſeu priſca modeſtia morum;
Seu placeat cordis fortis in arma vigor.
Fortunam reverenter habet, peregrinus in oſtro
Non tumet, & patitur, ſorte favente, modum.
Non alius Regno melior; qui flectere ſe ſe
Noverit, hunc Regem jure vocare potes.

IN agro cum aratro degebat Primislaus, cùm miſſis à Libuſſa legatis, quibus ad Principatum vocabatur, ſinè cunctatione aſſenſus eſt. Nemo ſe Regno indignum putat. Accuſat naturam aliquis, quòd ingenium navi regendæ idoneum negaverit: quòd parem regendis hominibus animum non dederit, nemo conqueritur. Regnandi cupido docuit nos naturæ adulari. Eâ vultus animíq; conſtantiâ ad ſolium ivit Primislaus, quâ nemo Paternam hæreditatem adivit. Illud præſtantiſſimi hominis facinus præterire non licet. Cùm veſtem novus Dux mutaret, juſſit vimineos, quibus ad eam diem uſus fuerat, calceos religiosè aſſervari; frenum ſibi, ut fortunam reverenter haberet; documentum ſucceſſoribus, nè ſuperbirent in ſolio, quod poſt agricolam occuparent. Hoc Duce primum

primum à Boëmis geſtum eſt bellum, & quidem inteſtinum, ut in ſuo diſcerent nocere. Vlaſta in Libuſſæ gynæceo educata, Herâ extinctâ, penes mulieres Principatum retinere armis conata eſt. Ergo lectiſſimas Matronas, Virginéſque ex prima nobilitate audaciſſimas, novas Amazones, armat in viros, ipſa, Oritiâ, aut Hippolyte fortior, ducit exercitum, & quà juſtis prælijs victâ, quà fraudibus oppreſsâ Boëma juventute, Puellis Boëmiam vectigalem facit. Diſſimulavit hæc diu Primislaus, importunâ, quâ tenebatur ſuperſtitione: quaſi expectanda, non prævenienda eſſet dies, quam tollendo Puellarum Imperio fata præſcripſiſſent. Septimum agebant in injuria annum Amazones, cùm vindictam vel pudor, vel fata Primislao ſvaſerunt. Dolo primùm, deinde aperto marte in Puellares cohortes invectus ad unam omnes internecione delevit. Confecto bello, ferróq; jam minùs neceſſario, argentifodinæ ſunt apertæ. Primislaus defenſum ferro Principatum argento exornavit.

Digitized by Google



Digitized by Google

NEZAMISLIUS
BOEMORUM DUX V.

O Patri abſimilem Prolem! Hunc nec bellica Laurus
Ornat, nec placidum Pacis, Oliva, decus,
Otia mollis amat: Fortunæ hoc munere latus,
Quòd vacuum curis pectus habere licet.
I nunc, & jacta Patres, Atavóſque: Nepotis
Non venit ad cenſum mens generoſa Patrum

PRimislao ex Libuſſa tres fuêre filij. Duos immaturum abſtulit funus: tertius Patri ſuperſtes Rem Bohemã quintus adminiſtravit. Glorioſius quàm verius dictum eſt, Fortibus gigni tantùm fortes. Virtus hæreditaria non eſt, nec Parentum favore transfertur in filios. Naturam non accuſo, ſed non rarò deficit in filio, cùm exceſſit in Patre. Primislaus, ingenio acri, & vegeto, planè ſtupidum reliquit filium Nezamislium. Principis inſignia vix induerat, & in illum Curimenſis Dynaſta, de Principatu certaturus, arma movit. Nullam videbatur pacis conditionem non admiſſura Ducis inertia, cùm illatam legitimo Principi injuriam Bohemi Proceres non ferentes, ultro opem, ac arma fluctuanti Principi obtulerunt. Ad Styrhovium commiſſum eſt prælium. Victoria ſtetit à Nezamislij milite, ipſo Curimenſi capto; quem Princeps non paſſus in conſpectum venire,

 certa-

Digitized by Google

certaminis Duci pro arbitrio tradit puniendum. Ille naſo, atque auribus imminutum, miſerum exemplum, vivere coëgit. Hæc belli fortuna Nezamiſlij mollitiem fovit. Armorum timore ſolutus ſolvit mores, ac voluptatibus liberiùs indulſit. Non ſemper populi ſtudia ſequuntur Principis ingenium. Voluptuoſum Nezamiſlij otium negotioſa populi quies damnavit. Pars Silvas in agros inſtruere: pars arces, ac oppida condere: Provinciam Pacis operibus omnes excolere. Bohemia ipſa ſibi ſatìs eſt. Suo dives, unius ſalis beneficium alienis Regionibus debet. Nezamiſlio tamen regnante ad Slanam ſalſi fontes, nec ante, nec poſt illum Ducem Bohemis cogniti eruperunt. Res in naturæ laudem ſalsè eſt à plebe traducta.

Inſulſum Principem cùm dediſſet, damnum ſalſo fonte voluiſſe compenſare.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

MNATA
BOEMORUM DUX VI.

TUne Urbes, aulámque fugis? Te luſtra, feræque,
Et canis, & nemori retia ſparſa, trahunt?
Ingenium, luci natum, quid perdis in umbris?
Linque, viros natus flectere, linque feras.
Nos miſeros; quibus eſt naturæ dona voluptas
Perdere, præque viris quêis placuere feræ.

LIberalior in Mnatam natura fuit, quàm in Nezamiſlium Parentem: Ingenium Imperij capaciſſimum homini dedit; ſed ille maluit naturæ beneficium perdere, quàm excolere. Principatum vix adeptus Wiſſegradenſi arci, totíque Provinciæ, ſupremâ cum authoritate, Verſovicenſem Dynaſtam præfecit. Ipſe, in ſuburbanam villam ſecedens, integrum triennium ferarum venatione tranſegit. Cætera omnia ſegniùs irritant Civium animos, quàm privatæ Regis voluptates, publica commoda invertentes. Diuturnum Mnatæ ſeceſſum ægriùs primùm ferre, deinde carpere populus cœpit. Pauperum cauſas negligi: homines ab Mnata feris poſthaberi. Populari ſeditioni ſemper inter Primores paratum habet Ducem ambitio. Verſovicenſis, cui jam ſecundus ſordebat in Regno locus, occaſione datâ, pergit tactos exulcerare animos: Mnatæ inertiam accuſat: longè ali-

gè aliam futuram Regni faciem, ſi ipſe in Principem placeat, pollicetur. Scelus à Præfecto, cum Ducis cæde, parabatur. Sed ille, opportunè à ſuis monitus, arcem improviſus intrat: Verſovicenſem vocat: dolum, ac perjurium arguit: damnat: vel carnificis, vel propriâ manu perduellem jubet occumbere. Verſovicenſis & ſceleris conſcientiâ, & Ducis reverentiâ victus, ſtricto gladio, in ſemet carnificis officium occupavit. Mnata, defunctus periculo, Proceribus diligentiorem ſe in adminiſtranda deinceps Repub:, nec facilè abſuturum ab urbe pollicetur. Quæ metus extorquet, diuturna non ſunt. Ubi præteriti diſcriminis timor reſedit, iterum ad venationes ſeceſſum eſt, libuitque iterum fortunam irritare. Adverſus experimenta audaces ſumus. Bella victi, naufragi maria repetimus. In eo ſeceſſu, peſtifera lue Mnata correptus extinguitur.

Digitized by Google



E VOGE-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

VOGENUS
BOEMORUM DUX VII.

Vix teneros ſuperas annos, & prælia tractas;
Patris & in ſolium ſtricta per arma venis.
Regna tibi invadit Tutor: Quæ Regna periclis
Tuta rear, Tutor ſi quoque Regna rapit?
Sed nè cede malis. Sceptrum ferro aſſere. Regni
Auſpicia hæc fuerint optima. Perde malos.

VOgenus Mnatâ genitus poſt Parentem regnat. Puer in tutela Rohovitij Verſovicenſis relictus, tantùm à Tutore Principatu non eſt exutus. Diutius, quàm publicum bonum pateretur, dum adoleſcit pupillus, Bohemiam rexerat Rohovitius, & tamen adulto jam Principi ſolium denegabat. Ultra ſua vota cupiditas humana excurrit. Cujus olim impudens fuerat votum, Regnum pro alio adminiſtrare, hic jam ſibi Regnum vindicabat. Itum eſt ad arma; & Vogenus ipſe ſua manu à perduelli pœnas exegiſſet, niſî Bohemi Proceres, à prælio adoleſcentem retrahentes, ad majora tantam indolem reſervandam cenſuiſſent. Ubi Principis copias vidit, receſſit cum ſuis in oppidum naturâ atque arte munitum Rohovitius. Sed, longa attritus obſidione, eruptionē dum parat, hoſtiles manus incurrit, ſuíque Principis in conſpectum adductus, unum precatus eſt; nè carnificis

 manu

manu periret. Miſerum ambitionis votum. Cùm turpiter vixiſſe non pudeat, pudet inhoneſtà morte ſcelerum pœnas luere. Imperatum eſt publica ex arbore ſuſpendium, ad quod ipſe ſibi laqueum inijceret. Res domi compoſita, cœpit foris turbari. Hinc Miſnij, illinc Moravi Bohemiam aggrediuntur. Illos educto exercitu ad Albim prælio profligat Vogenus: Hos in Moraviam uſque Victor inſequitur: Lypniciam & Butoviam Moravorum arces munitiſſimas diripit, ac incendit. Subinde pace domi, foriſque parta, cùm creſcenti Civium multitudini impar Praga videretur, Pomœrium Princeps profert, novóq; muro, ac foſsâ Urbem præcingit: Vogenum immortalitate digniſſimum omnes prædicabant, cùm Reipub: ſtrenuè conſulentem acerba mors oppreſſit. Invidenda Mors eſt, cùm ex laudum culmine rapit, nec locum relinquit caſui, quem humana inconſtantia ſemper minatur.

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

UNESLAUS
BOEMORUM DUX VIII.

VIrtutis monumentum ingens, ſine fratre Paterni
Noluit hic ſceptri ſolus habere decus.
Ergo jubet fratrem ſolio conſiſtere eodem:
Atque pari, Regno ſubdere frana, manu.
Quid non praſtat amor? ſi ſit concordia morum,
Regni etiam ſedes excipit una duos.

HUnc humanitas, & clementia ſibi effinxerant. Bohemiam à Parente hæres cùm accepiſſet, in adminiſtrationis partem Vratislaum Fratrem accerſivit, noluítque ſolus regnare, cùm poſſet. Verus amor anguſtias non habet: & amor ſi velit, etiam Regnum capit duos. Tanta Fratrum concordia docuit cives à Principe non diſſentire. Vix unquam Bohemorum voluntates cum Principis ſtudijs ſic conſpirârunt; cùm quemque ab eo puderet diſcrepare, cui potior fuerat fraterna concordia, quàm ſuprema etiam in fratrem authoritas. Hoc Duce illatum Bohemis à Carolo Magno bellum refertur, victiſque tributum indictum, à quo Bohemos Otho primus Cæſar abſolvit. Eodem regnante, integros duos menſes, rapidiſſimi turbines Bohemiam exagitârunt: Agros proſtrata ſegete, ſilvas evulſis arboribus, urbes ædificijs dejectis funeſtârunt. Acceſſit miſe-

Digitized by Google

miſeriæ cumulus, ex molarum ruina, panis penuria. Pijſſimus Dux ſubditorum populorum damna non graviùs tulit, quàm ſublevavit liberaliùs. Molæ ex ærario reſtitutæ: civibus, ex eodem datâ pecuniâ, pro damni modo ſubventum eſt. Itaq; Civium calamitas verſa eſt in gloriam Principis. Subinde, quod prodigij loco haberi poſſit, ſequutum eſt. Ducis in populum beneficia in ſimilem laudem naturam provocârunt. Auri novæ fodinæ illuxerunt: Annonæ vilitas tanta ſecuta eſt, ut frumento emptores deeſſent in Bohemia. Externis uno, & altero obolo tantum tritici datum eſt, quantum equus non ferret. Vivere optimus Dux deſijt, cùm æternum illum cives optarent.

Demortui deſiderium auxit improbitas ſucceſſoris.



F

CRE

Digitized by Google

CREVOMISLIUS
BOEMORUM DUX IX.

HUnc ira, Hunc feritas, Hunc inclementia morum,
Hunc auri turpem cæca libido notat.
Lætatur Populi damnis; Gentiſque ruinâ
Creſcere divitias Principis, aſper amat.
O vanas hominum mentes! quæ lucra? cruentum,
Si premit, & lacerat ſubdita membra caput.

CRevomislius, à paterna Uneslai virtute degener clementiam, Regum decus, proſcripſit ex aula. Iræ, quâ nulla peſtis humano generi pluris ſtetit, in Regni adminiſtratione tantum tribuit, quantum dediſſe ipſummet puderet, cùm impetus reſediſſet. Pronus in ſcelera cenſorem non tulit, maluítque cæcus ruere, quàm à quopiam de ruina moneri. Annonæ caritas ſumma vexabat Bohemiam. Culpam nemo non conferebat in Ducem, cujus inſana auri argentíque cupido magnam agreſtium turbam, ab agrorum culturâ ad metalla eruenda, traduxerat. Unus Horimirius inventus eſt, qui æquiſſimas populi querelas deferret ad Principem. Sub impio Principe pietas non exercetur impunè. Illico à Duce immiſſa eſt foſſorum manus, qui Horimirij horrea incenderent. Nec ſtetit ſcelus. Eodem jubente Principe, ſuas foſſores incendunt officinas, & incendij reum Horimi-

rimi-

rimirium conſtituunt. Iuſſus cauſam dicere, judicum omnium ſuffragijs abſolutus, unius Crevomislij calculo damnatus eſt. Nemo alium difficiliùs abſolvit, quàm qui ſæpius meruit damnari. Quæ ſequuntur, neſcio, antiquitatiſne commenta ſint, an Magices, immundorum ſpirituum commercio inauſpicatæ, præſtigiæ? Ferunt Horimirium tam iniquâ ſententiâ damnatum, ab equo, quem moriturus, ultimùm ut aſcendere liceret, impetraverat, neci ſubtractum fuiſſe. Ille enimvero Viſſegradenſi ex arce, correpto per aërem ſaltu, trans Moldavam, in ripa arci oppoſita inſidentem Horimirium, metu immunem, conſtituit. Addunt, antequam hæc fierent, ab equo monitum equitem, ut firmus caſum caveret. Innocentia, etiam in ſuppliciorum turpitudine decora, fabulis non indiget, aut præſtigijs, quibus à pœnarum iniquitate eximatur.

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NECLANUS
BOEMORUM DUX X.

AT tibi cor nimiùm trepidat, celſaque potentis
Eſt animus Regis conditione minor.
Hinc te nemo timet, nec quiſquam diligit: audent
Hinc Proceres ſegni bella movere Duci.
Sume animos. Qui multa timet, populùmq; veretur,
Hic cives tantùm non jubet eſſe malos.

HUic animus infra Regiam celſitudinem dejectus fuit. Dum timet omnes, effecit, ut à nemine timeretur. Profeſſa Ducis ignavia primum omnium Vratislaum Patruum, Luſatiæ Principem, ad arma excitavit. Pavidis conſilia in incerto ſunt. Diu hæſit Neclanus, donec ſenſit, aut Principem fortem eſſe oportere, aut uti fortibus. Syderium habuit in aula virum rei bellicæ peritiſſimum, ipsíque Duci tam corpore ſimilem, quàm diſſimilem animo. Hunc Ducis armis, ac inſignibus clam indutum, & Principem agere, & belli munera obire jubet. Commiſſum in campo Thurſco prælium, Vratislao à Syderio confoſſo perfectum eſt. Subinde Craſnitius, Curimenſis Dynaſta, Moravorum auxilijs fretus, novum Neclano timorem injecit. Montanus, nobilis eques, Ducis authoritatem, Craſnitio occiſo ſervavit. Ultima hæc victoria præmium videri potuit facinoris,

quo

quo uno principis dignitatem ſuſtinuit Neclanus. Prælio illo, quo Vratislaus cecidit, ejus filius ſeptennis captus eſt. Dux illatam à Parente injuriam oblitus, filium Duringo, Vratislai perfamiliari, tradidit, pro dignitate educandum. Homo, qui ex ſcelere præmium quæreret, puerum non ita multò poſt obtruncat, capútque Neclano inter epulas offert. Immanitate ſceleris victus, velut exanimis in menſam concidit Princeps: deinde ſibi redditus, ut aleres, inquit, non ut occideres, tradidi. Vilior apud te ſanguis regius fuit, quàm ſpes auri; At mihi vires confirmabas. Peſtifera vis eſt, quæ nocitura, nocendo paratur. Non tanti mihi eſt Regnum, ut pueri, ut innocentis, ut patruelis ſanguine infamis regnare velim. Aut præcipitio, aut laqueo finiatur perfidia, quam tot Vratislai in te collata beneficia non vicerunt. Non potuit honeſtiùs timoris maculam Neclanus eluere, quàm turpiſſimi ſicarij ſanguine. Ultus eſt illius necem, à quo olim Paternæ cædis ultore poterat ſibi, ac Regno metuere.

Digitized by Google



G HC

BIBLIOTECA ... ROMA
Digitized by Google

HOSTIVITIUS
BOEMORUM DUX XI.

HUnc vocat in campũ Fratris furor improbus. Ardor
Regnandi Fratres mutua bella docet.
Sed bene conſuluit rebus Deus; ille triumphat,
Quem victi in Fratris vincere damna piget.
Diſcite Magnanimas victoris Principis iras.
Cum victo proprium dividit Imperium.

HOſtivitius demortui Parentis ſolium, ingenti Bohemorum ordinum plauſu conſcendit. Amore omnium munitum, unius Croſmilij Verſovicenſis odium exagitavit. Croſmilius ex ijs erat, qui fortunæ ſuæ indignantur: felicitatem, quam à virtute non ſperant, à ſcelere exigunt: Regna perturbant, vel ut miſeriam evadant, vel nè ſoli ſint miſeri. Hic ergo Miſtobogium Hoſtivitij fratrem, ſpe Principatus obtinendi facta, in Fratrem cœpit impellere. Ad Regna & ſceptra ſua ſponte feruntur animi. Peſſimi conſiliarij verbis incenſus Miſtobogius fratrem ferro petijt, ut auro potiretur. Verùm prælio ab eo victus, & tamen in Regni partem acceptus, ſenſit, quàm bono fratri injuriam feciſſet. Redintegratus inter fratres erat amor, cùm Croſmilius, novas turbas moliri aggreſſus, Sucoslaum, Bilinæ præfectum, in Ducem commovit. Quidam in hoc nati videntur, ut quie-

Digitized by Google

quieſcant ipſi nunquam, quietem alijs ſemper invideant. Creſſi militaris hominis virtute Sucoslaus in prælio captus eſt, & à militibus, etiam renuente Principe, membratim diſcerptus. Poſt hæc, quietâ jam ab inteſtinis rumoribus Bohemiâ, Miſtobogius, ſola latiùs regnandi cupiditate tactus, in Svatoplucum Moravorum Regem, Chriſtianis tunc primùm initiatum ſacris, arma convertit. Hoſtivitius Fraternum ſcelus ægrè tulit, nihilque non tentavit, ut ab iniquiſſimis armis fratrem abſterreret. Profligatis ſemel, ac iterum Moravis exultabat Miſtobogius, cùm illatam Svatopluco injuriam, ulciſcente Numine, à Dæmone ſuffocatus interijt. Innocentiam rarò aliquis laceſſivit impunè. Sub id temporis Ivanes, ſanctimoniæ famâ illuſtris, Bohemiam ingreſſus deſerta Herciniæ antra illuſtravit.

Digitized by Google



Screta. del. *G. De Groos f.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BORIVORIUS
BOEMORUM DUX XII.

PRiſcum pone nefas luſtrali in fonte: ſerenam
Cerne diem Princeps: indue mente Deum.
Hactenus in tenebris. In te ſed triſtis Erinnys
Tela jubet cives ferre cruenta tuos.
Te Regno exturbant. Ut ſcandas ſidera, ab ipſo
Imperij ſolio, Dux, cecidiſſe bonum eſt.

HOc Duce, puriſſimum Chriſtianæ Religionis lumen Bohemis illuxit. Ad Svatoplucum, fœderis confirmandi ſtudio, in Moraviam ſe contulerat Borivorius; cùm novam in amico Rege pietatem miratus, & Methodij, Sanctiſſimi Antiſtitis, oratione eruditus, ab idolis ad Chriſtiana ſacra confugit. Luſtrali fonte expiatus Bohemiam repetijt, ut in pulcherrimæ Religionis amorem, ſubditorum ſibi populorum animos alliceret. Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Bohemi, ob nova ſuſcepta ſacra, quem ſvaviùs amare debuiſſent, odiſſe cœperunt acerbè. Quare populari furori Dux optimus cędere coactus eſt, & in Moraviam ad Svatoplucum, poſt facinus præſtantiſſimum exul, ſe recepit. Subinde Principis abſentiâ abuſi Bohemi à legitimo Duce Principatum in Stoymirum, Sucoslai Bilinenſis olim præfecti, fratrem exulem transferre auſi ſunt.

ſunt. Crimen ferro, flammiſque dignum videbatur; & verò Svatoplucus arma vindex parabat. Verùm Borivorius maluit à tempore animorum ſanitatem expectare, quàm exigere à ferro. Decimo, poſt Ducis exilium, menſe ſubijt Bohemorum animos pudor. Principis in Bohemiam reditu factum eſt, ut civium plerique ſaperent. Ergo Chriſtiana ſacra, ſecundo tandem Numine, Anno DC. C. C. L. XXX. ſuſcepit Bohemia. Neſcio quid hoc rei ſit? Quoties Numini concilianda fuit Bohemia, graviſſimè priùs in Principem peccavit. Ex dæmonum aris, ad Numinis cultum traducenda Borivorium Regno ejecit: Stoymirum alieno ſolio donavit. Veræ reſtituenda, poſt Hæreſim, Religioni Ferdinando II. abrogare Regnum, Friderico dare conata eſt. An ut feliciùs adhibeantur remedia, neceſſe eſt totam priùs vim morbi effundi, & augeri vulnus expedit aliquando, ut major pateat medicinæ locus? Propè eſt, ut dixerim: Nunquam ſalubriùs homines ſapere, quàm poſt errorem. Excitabat Deo templa Borivorius: fundabat erudiendæ Latinis litteris, ad eam diem Bohemiæ incognitis, juventuti gymnaſia; cùm factâ per ſeditioſos quoſdam animorum converſione, Plebem novum ſcelus, odio Religionis veriùs, quàm Regis, meditari præſenſit. Ergo, nè novo crimine cives adſtringerentur, Dux ſponte depoſitam coronam Spitigneo filio impoſuit. Hoc eſt Regnum: Nolle regnare, cùm poſſis.



H SPI

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

SPITIGNEUS I.
BOEMORUM DUX XIII.

QUò Te diverſum juvenilis proripit ardor?
Quo Pater inceſſit tramite, carpe viam.
Icarus, à Patris dum tramite devius errat,
Concidit. In caſum te rapit iſtud iter.
Vos Superi meliora. Tamen diſcrimina vicit.
Quàm fuit, infelix, proximus, ut rueret?

SPitigneus, ab optimo Parente adhuc vivò Principatu donatus, primò quidem haud indignum ſe tanto Patre probavit. Verùm, annis auctus, vitijs vix non effecit, ut muneris Parentem pœniteret. Ergo principia ejus Imperij moderata, ac pia: religionem Chriſtianam fovere: templa erigere: DEUM vereri: Cives amare. Dethonio, ac Mirſo, Chriſtianis hominibus, quos à Borivorio, gravioribus in rebus, à conſilijs acceperat, addictiſſimus, omnia ad unius virtutis honeſtatem deſtinabat. Si quæ ætas, adoleſcentia, miſera eſt. Contemptrix alieni conſilij, inops ſui, nec alijs parêre vult, nec ipſa ſibi novit imperare. Animum, qui per pueritiam alieni quaſi juris fuit, illico in libertatem non vindicare, aut ignaviam putat, aut amentiam. Cùm adoleſceret igitur Spitigneus, ægriùs Conſiliarios ferre cœpit, rariùs illos audire, multa hoc ipſo negligere, quòd ab illis laudabantur. Hoc

etiam vitio humana laborat ambitio. Odit quædam, non quia ipſa diſpliceant, ſed quia illorum authores faſtidit. Occupavit & alius Principis mentem error: Religione ad Regni tutelam placuit abuti. Chriſtianos ſpe lactabat, & à Chriſtiano Duce multa expectare jubebat; Ethnicos interim, nè Religio diverſa à Rege ſejungeret, publicis collatis muneribus, devinciebat. In utramque partem factionum claudicare, nulli unquam profuit: Religione abuti, eſt iram Numinis provocare. Spitigneum, ſic aberrantem, in viam retrahere, gravioribus verbis, conati ſunt Borivorius, & Ludmilla, Sanctiſſimi Parentes. Tardiùs redeuntem mors properare coëgit. Octavâ, ab ea die, quâ ſaluberrima Parentum monita viſus eſt negligere, Pragæ, non tamen ſinè facinorum ſuorum deteſtatione, extinctus eſt. Primus ex Bohemorum Principibus, Chriſtiano ritu, ſepulchro illatus eſt, in Aede Tainenſi, à Ludmilla, Virgini Matri, dicata.

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

WRATISLAUS I.
BOEMORUM DUX XIV.

Ex votis tibi multa fluunt. Te Principe regnat
Candida, cum purâ Religione, Fides.
Gaudia ſed turbat veſanæ Conjugis ira,
Et dolus, & veris mens inimica ſacris.
Vivitur hac lege. Eſt nulla hìc ſincera voluptas.
Quæ dulci paſcit nectare, pungit apis.

EXceſſerat è vivis Spitigneus, cùm ſupplices ad Borivorium ſe contulerunt Bohemi, Regnóq; reſtituere conati ſunt. Verùm, qui ſemel ex naufragio emerſerat, adduci non potuit, ut in mare regrederetur. Habent hoc, quæ ſplendida habentur veriùs, quàm ſint; antequam poſſidentur, deſiderium: ſemel poſſeſsa, excitant faſtidium ſui. Spitigneo igitur Borivorius Wratislaum natu minorem Principem ſubſtituit. Hic nihil omiſit, quo optimis Principibus poſſet æquari. Mirâ erga Parentes obſervantiâ, illorum de Reipubl:, Chriſtianæque Religionis augmento, ſententiam venabatur ſolerter, & diligentiùs exequebatur. Tantam Principis probitatem perpetua ferè Pax comitata eſt. Semel ab Hungaris turbata, Wratislai virtute citò rediit ad ſerenitatem. Hoſtem enim vagum, & ex occaſionibus aſſilientem, Bohemo milite, Dux inſecutus ante pugnam arma ponere, & fœderis conditio-

ditio-

ditiones ſubire coëgit. Pulcherrimè cætera Wratiſlao cùm fluerent, debuit à deplorato Uxoris ingenio admoneri conditionis humanæ, cui voluptas ſic permittitur, ut nunquam ſinè dolore. Drahomirà Lucenſis Dynaſtæ filia, ut in Bohemorum Principum domum matrimonio veniret, amplectendæ Chriſtianæ Religionis ſpem fecerat certiſſimam. Wratislao nupta, fraude muliebri fidem eluſit. Graviſſimo rei Bohemæ incommodo, & optimi conjugis dolore, non modò Chriſtiana ſacra reſpuit, ſed etiam opprimere conata eſt. Ex illa Wenceslaus & Boleslaus Wratislao nati ſunt. Illum Ludmilla Avia inſtituit, hunc Drahomira Mater. Ille Aviæ, hic Matris mores retulit; ut conſtaret, quid in animorum formatione puerilis valeat educatio: Hæc Pragæ dum aguntur, Romæ, felici exitu vitam clausêre Methodius, ac Cyrillus, Bohemorum, ac Moravorum Apoſtoli. Wratislaus beneficiorum memor, æternæ illorum memoriæ ædem, Boleslaviæ, dicavit. Ipſe ſic vivere deſijt, ut vixit.



I WEN-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

WENCESLAUS I.
MARTYR
BOEMORUM DUX XV.

TE matris jubet ira mori: Te dextera Fratris
Conficit. A cunctis jam timuiſſe licet.
Nulla homini parcit volucris, non beſtia: terra,
Unda, aër, ignis, ſidera ſæpe nocent.
Si Genitrix odit Natum, ſi funera Fratris
Frater amat; nullo nomine tutus homo eſt.

WEnceslaus, quo nullum illuſtrius Chriſtianæ pietatis exemplum edidit Bohemia, immaturus Regno à Patre relictus eſt. Dum adoleſcit, Drahomira Mater Bohemiam rexit, & crudelitatis artes omnes in Chriſtianos exercuit. Fæmina ſive amat, ſive odit, modum non habet. Adulto Duce, ceſſit ex aula Furia illa; neque enim fas erat improbitatem eodem, cum innocentia, ſolio conſidere. Wenceslaus Regni felicitatem in probitate Civium poſitam eſſe ratus, Chriſtianæ pietatis officijs omnibus, aggreſſus eſt populos, in virtutis amorem, provocare. Principis in Cælites ſtudia, ampliſſimis in Principem beneficijs rependit DEus. Sæpe cœlo delapſas beatas mentes juſſit Wenceslao præſto eſſe, & Ducis optimi lateri, veluti ſtipatores, adhærere. Illud neſcio, an illu-

ſtrius. Radislaus, Curimenſis Dynaſta, in Wenceslaum arma moverat. Cùm ſine militum clade, Ducum provocatione decerni poſſe viſum eſſet, iverant in arenam Duces. Erant ſub ictu; & repentè, factâ cælitus voce, triumphus Wenceslao decretus eſt, juſsúſque Radislaus illius genua ſupplex accidere. In tanta, quam cælum ipſum ſtruebat, felicitate vix aliàs majoris moderationis exemplo humana ambitio damnata legitur. Otho Auguſtus Regium nomen, ac diadema, publico Principum in conventu, Vormatiæ habito, Duci ſponte obtulit. Regiam dignitatem pertinaciùs rejecit Wenceslaus, quàm obtulerit Auguſtus. Fortè debuit ab Auguſto aurum nolle, qui laurum expectabat à DEO. Pijſſimo ſub Principe, ea in Bohemorum animis incrementa fecerat Fides, quæ Drahomiræ ſuperſtitio diutius non ferret. Ergo inſaniſſima Mater, ut Chriſtianam religionem deijciat, columen illius, Wenceslaum filium tollere decernit. Ut numeros omnes ſcelus habeat, ſpe Regnì obtinendi factâ, Boleslaum armat in Fratrem. Nè præ cæteris innocens videretur, etiam Bohema Regia tulit tragici ſceleris exemplum. Frater, jubente Matre, ante aras ſupplicem, Fratrem peremit. Sanctiſſimus Martyr, virtutum, ac miraculorum famâ illuſtris, Cælitibus adſcriptus eſt.

Parricidas varium ſupplicium excepit.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

BOLESLAUS I.

SÆVUS

BOEMORUM DUX XVI.

TE matris perdunt mores: age: deſere matrem.
Sæpe, etiam matrem deſeruiſſe, pium eſt.
Illa quidem ſcelerum perſolvet vindice pœnas
Numine; Ab æthereâ jam fremit arce furor.
Tu nè quære malum. Pete littora: flabra minantur.
Hoc Cælo quisquis navigat, ille perit.

BOleslaus ejus nominis primus, quàm turpis initio dominatus, tam clarus exitu fuit. Inter Principatus rudimenta, ex Drahomiræ ſævitiâ, multa geſſit. Quoſcunque occiſo Fratri impenſiùs ſtuduiſſe cognovit, è vivis ſuſtulit: interfectorum cadavera feris prædam objecit: Sacerdotibus exilium, ſi perſiſterent, necem indixit: in Chriſtianum nomen Chriſtianus ipſe, eo impetu, deſævijt, quo ſævijſſe transfugam puderet. His artibus Sævi cognomen adeptus eſt. Tenebat atrociora; ſed manifeſta Numinis in Drahomiram animadvertentis ira, ferociam infregit. In Chriſtianorum funeribus, avidiſſima cruoris fœmina ſibi placebat; cùm repentino terræ hiatu abſorpta eſt. Acceſſit & aliud, quo potuit à flagitijs Boleslaus avocari. Senſit ſuis ſceleribus ſe effeciſſe, ut dignum

gnum cenſeretur caput, in quod mucrones, æquitatis vindices, proximi Principes acuerent. Otho quidem Cæſar illatam Sanctiſſimo Duci Wenceslao necem, parricidæ ſanguine, ſe vindicaturum, motis armis, minabatur. In felicitate ſapere rarum eſt. Crocodillum humanus animus imitatur. In aquis hebetes, illis deſtitutus acerrimos habet oculos. Ergo, ubi ſe à cælitibus æquè, ac mortalibus deſtitui ſenſit Boleslaus, ſapere cœpit, & retracto gradu, novis pietatis officijs, antiqua damnavit ſcelera. Chriſtianam Religionem quàm crudeliter afflixerat, tam ardenter erexit, nec adduci potuit, ut priùs Miecislao primo, Polonorum Duci, Dambrowkam filiam matrimonio jungeret, quàm luſtrali fonte expiatus Chriſtiana ille ſacra in Poloniam induceret. Deo reconciliatus ſecundo prælio Hungaros primùm, deinde Moravos profligavit.

Septimo, & trigeſimo, à coronâ acceptâ, anno extinctus eſt; hoc felix, quòd in portu occubuit, cùm vixiſſet in freto.



K BOLE-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

BOLESLAUS II.
PIUS
BOEMORUM DUX XVII.

Hunc Pietas ornat titulis. Virtutibus aptâ,
Hunc gaudet civis dicere, voce, Pium.
Rarus honor. Fortes è Regibus aula recenſet
Multos; ſed paucos nuncupat aula Pios.

AB eximia Pietate Hic Pij cognomen accepit. Boleslai Patris mores, ſed illos poſteriores, quibus ſenectutem cohoneſtavit, vitâ totâ retulit. Natu minor cùm eſſet, Principatum geſſit, quia Strachiquas, major natu, ſacris inter Monachos maluerat initiari, quàm regnare; dignus poſterorum memoriâ, ſi ſtetiſſet in virtutis gradu. Turpiùs cadit, qui honeſtiùs ſtetit. Qui Regnum potuerat contemnere, auſus eſt Epiſcopatum ambire. Ante aras, ſolemni ritu, dum inauguratur, â dæmone conciſus perijt, miſerum ambitionis exemplum. Boleslaus coronâ potitus, nihil habuit antiquius, quàm rem Chriſtianam promovere. Itaq; multis erectis templis, à Joanne IX., ſumo orbis Pontifice Epiſcopū, qui ſummâ cum authoritate in Bohemia ſacris præeſſet, miſſis Romam legatis, obtinuit. Detmarus is fuit, natione Saxo, vir omni virtutum flore conſpicuus. Interea Verſo-

 vicen-

vicenſes, familia perpetuò Ducibus infenſa, quas domi non ſperabant, ex Polonia turbas in Bohemiam advocârunt. Bellum caro ſtetit Polonorum Duci, Boleslao Acri. Qui aliena venerat directurus, ſua non defendit. Vaſtatâ Poloniâ Cracoviam Bohemi occupârunt. Nuſquam minùs quàm in Bello eventus reſpondent. Boleslai etiam tempora Adalbertus Secundus Pragæ Antiſtes illuſtravit. Hic Chriſtianam pietatem tardiùs, quàm cupit, à Bohemis admitti dum dolet, ad Prutenos ſe confert, ubi Martyrij lauream aſſequitur. Hoc virtus habet magnificum: omnibus prodeſſe vult: prohibita cæteris prodeſſe habenti ſemper prodeſt.

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

BOLESLAVS III.

CÆCUS

BOEMORUM DUX XVIII.

AUri dirus amor tibi mentem excæcat: ab imâ,
Eruit infeſtus lumina, fronte, dolus.
Tandem animo cæcus, cæcus quoque corpore, ſceptrum
Deſeris, & Natum flectere Regna jubes.
Hoc bene, nam Regni curæ neque ſufficit Argus;
Et centum Regis lumina, multa latent.

BOleslaus III. cui alienum crimen Cæci nomen effecit, Cracoviam, quam Patris virtus Bohemiæ adjecerat, ſuâ avaritiâ amiſit. A Tribuno, quem tuendæ Civitati Parens præfecerat, ſæpe monitus, ut præſidiarium novum militem, veterano extincto, ſubmitteret, maluit pecuniæ parcere, quàm famæ. Non latuerunt hæc Polonum, intentum in occaſionem omnem recuperandi Cracoviam. Ergò validâ juvenum manu immiſsâ ad deditionem Tribunum compulit, totâque Poloniâ, ac Sileſiâ Bohemos abegit. Neſcio an non hoc in Principe peſſimum ſit: affectus nec regere poſſe, nec abſcondere. In alienam poteſtatem venère pleriq;, qui in ſua non fuerunt: & multi capti ſunt, quia, quo capi poſſent, oſtenderunt. Tam profeſſa avaritia non modò Civitatibus, ſed ipſis

oculis

oculis Boleslaum privavit. Redactâ in Poloni poteſtatem Cracoviâ, Bohemi ſuum Principem ad arma Polono inferenda coëgerunt. Ajebant ſatius Bohemo nomini fuiſſe, nunquam Cracoviam capere, quàm captam ſic amittere: præteritis laboribus dedecus emptum videri. Poſuerat jam in Sileſia caſtra Boleslaus, cùm Polonus, qui Bohemi Ducis ingenium noverat, Legatos mittit, qui ſignificent malè in militem tantam pecuniæ vim inſumi: facilè poſſe inter utrumque Principem controverſiam componi. Veniret modò Bohemus Cracoviam, & hoſpitij ſanctitate fœdus auſpicaretur. Spes omnis credula eſt, & vehemens amor nil non ſpondet ſibi. Itaque dimiſſo exercitu, Proceribus aliquot comitantibus, Cracoviam ivit. Ibi hoſpitales inter epulas captus, & admotâ oculis ignitâ laminâ exoculatus refertur. Subinde in Bohemiam rediens, malè defenſo, ſponte deceſſit Principatu, quem Hiaromirio filio dedit. Non deſunt, qui Cochani Verſovicenſis dolo Bohemum inductum dicant, ut Polono ſe crederet, & Polonum, Bohemo fidem nè præſtaret. Non ſemel accidit, ut unius Conſiliarij fraus pluribus ſimul Principibus illuderet.



L HIA-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


Digitized by Google

HIAROMIRIUS
BOEMORUM DUX XIX.

Hic jam tranquillo fit naufragus æquore. Victrix,
Cùm jam fregiſſet flamina, cymba perit.
Fratris ope, infeſtos Regno devicerat hoſtes;
Cùm cecidit Fratris fraudibus è ſolio.
Crede, age, jam facilis Fortuna. Vitrea ſors eſt.
Cùm placet, & ſtringis, frangitur in manibus.

Hiaromirius à domeſticis, exteriſque exagitatus, à Fratre graviora, quàm à cæteris paſſus eſt. Principatum vix inierat, cùm Cochani Werſovicenſis fraude circumventus eſt. Per ſpeciem venationis in ſilvam adductus, Werſovicenſium ſagittis exponitur. Non ſemper in ſcelere felix eſt dolus. D. Joannis Baptiſtæ ope implorata illæſus Princeps evaſit. Ex Werſovicenſibus tredecim à Venatoribus in tumultu capti, ſecuri percuſſi ſunt. Hoc defunctum periculo aliud Principem excepit. Ipſo tumultus initio Cochanus evaſit, & extincto, ut ipſe rebatur, Principe, Polonum in Bohemiam properare coëgit. Adfuit hic cum exercitu, nec quia Principem vivere deinde cognovit, receſſit; verùm vaſtatis agris Pragam cepit, ipſúmque Ducem in Wiſſegradenſi arce obſedit. In ancipiti res erat, cùm Udalricus, Hiaromirij frater, è cuſtodia, quâ Cochani fraude, apud

Henricum Cæſarem detinebatur, elapſus in Bohemiam venit. Nunquam improbæ ſpei, quod datur, ſatis eſt. nec quiſquam ſatis ſuo pretio ſe æſtimatum putat. Cochanus minora meritis præmia ſe à Polono accepiſſe querebatur. Itaq; novâ ſpe excitatus, ut perfidia perfrictæ frontis eſt, ad Udalricum advolat: Pragam ſinè prælio pollicetur, nisì præterita obliviſci Principem pigeat. Unum hoc hominis factum fide non caruit, proditque Principi Pragam. Fugato Polono tempeſtati ſe ſubtractum Hiaromirius arbitrabatur. Sed Regnum eam, quam mare, habet conſtantiam: momento, & à quo minùs reris, evertitur. Poſt victoriam convenerat inter fratres, ut ſimul regnarent. Ea concordia, ſeditioſo homini, Cochano non placuit. Boleslai ſævi exemplo, ut ſolus, extincto fratre, Udalricus regnare velit, perſvadet. Ad noſtra ſcelera abutimur alienis flagitijs; imitatio alienæ culpæ non facit innocentem. Udalricus minus aliquid auſus, quàm Boleslaus, Hiaromirium luminibus orbare ſat habuit, regnóque exutum Bohemiæ, in ordinem redegit.



 BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE UDAL

Digitized by Google

Digitized by Google

UDALRICUS I.
BOEMORUM DUX XX.

Ut regnes, oculos miti rapis improbe Fratri;
Emptáque fraterno ſanguine ſceptra placent.
Sed poſt hæc facti crudelem pœnitet; Ipſa
Sceptra horres; Regnum nec ſine Fratre placet.
Sic eſt. Quam genuit crimen, miſeranda voluptas
Vertitur in pœnas inſidioſa graves.

Udalricus Principatum malè partum non malè adminiſtravit. Adhuc recentibus odij in Fratrem facibus æſtuans, minùs decoras amoris in Virginem flammas concepit. Beatricem, ruſtici hominis filiam, deperijt, duxitque in uxorem, meliore eventu, quàm conſilio. Illa enim ſvaviſſima morum majeſtate matronas quaſq; ſupergreſſa, docuit à virtute nobiles fieri, non quæri. Cæterùm, poſtquam emarcuit voluptas illa ex Regno, Fratris ruinâ acquiſito, ſibi ipſe diſplicere, atque odio eſſe cœpit. Ergo per Helicardum, Pragæ Epiſcopum, Fratri reconciliari petijt, & obtinuit, raro fraternæ charitatis exemplo. Poſt hæc amore inter Fratres certatum eſt; & Udalricus quidem ſolio excedere parabat, ſed Hiaromirius Fratrem in Principatu ſocium amavit. Interea adolevit Bretislaus, Udalrici filius, qui ob præſtantiſſimam indolem, & Patrui, & Patris amore dignus habitus

eſt.

Digitized by Google

eſt. Itaque, ex utriuſq; voluntate, Marchionis titulo, regendam ſuſcepit Moraviam, quæ ab Arnulpho Cæſare, ſuo ſpoliata Rege, jam pridem volens lubénſq; in Bohemorum Ducum poteſtatem conceſſerat. Triumphis celebrabatur Bretislaus, cùm Pater febri extinctus eſt. Nullum habuit Bohemia ſpectaculum illuſtrius Udalrici funere, quod Hiaromirij charitas illuſtravit. Stetit hic exoculatus ad Fratris cadaver, manúmque in illud cùm extendiſſet, inquit. Sine Udalrice, ultimùm te tangam, quem videre non poſſum. Nunquam gravior oculorum jactura mihi visa eſt, quàm hodie. Tuum funus exequor ſinè lacrimis. Quanquam, qui per oculos nequit erumpere, graviùs cor premit dolor. Carior mihi oculis fuiſti, dum oculos habui: poſtquam voluiſti me oculis carere, corde cariorem habere cœpi. Tuum imperium, vel Werſovicenſium potiùs flagitium, oculos mihi eripuit. Corde me, ſponte mea, privavi: volui eſſe tuum, ac æternùm hoc volo. Poſt hæc in extincti Fratris amplexum corruit. Attonitis amoris eo ſpectaculo cæteris, tandem ſurrexit, juſsitq; Bretislaum Nepotem ſequi. Ad ſolium cùm veniſſet: Conſcende, inquit, ſolium Bretislaë, ex quo ego decedo. Meliore fortuna regna, quàm ego, quàm Pater tuus. Sic Ducis depoſitis inſignibus, à fratris funere mæſtiſſimus; publico deinceps caruit.



M BRE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

BRETISLAVS I.
BOEMORUM DUX XXI.

BRetiſlaë, tegit tibi victrix tempora laurus,
Illa eadem, mitis, tempora, Oliva tegit.
Si fera bella vocant, Urbes ferro obruis. Urbes
Legibus exornas, ſi fera bella ſilent.
Idem Æquus, fortíſque unus tu munera præſtas,
Quæ Numa, quæ frater præſtitit ante Remi.

BRetislaus, æquè belli, ac pacis artibus clarus adoleſcens, ætatis vitio, Juditham Othonis III. Cæſaris filiam rapuit, duxítque in uxorem. Facinoris indignitatem, poſito in Bohemia Imperij ſolio, vindicaturum ſe, ſolenni Sacramento, ſpopondit Henricus II. Auguſtus. Nec tacuit Bretislaus; facinus ſe defenſurum incensâ Germaniâ jure jurando aſſeruit. Jam motis ſignis concurrebant acies, cùm Juditha victo malis muliebri pudore, inter arma irrupit, infeſtáſque acies diremit, & Ducum Sacramentum, pulcherrimo commento, vel implevit, vel eluſit. Cæſarem (ut verbis religio ſtaret) amicum, ac hoſpitem Boleslaviæ, in Bohemiæ centro, conſidere: Bretislaum Cæſaris amicitiâ lætum, feſtivos veluti ad ignes, dato agreſtibus pretio, aliquot in Germania pagos incendere voluit. Poſthæc Henrico in Hungaros pugnanti cum milite adfuit Bretislaus, & re bene geſta, ex Hungaricis

manubijs, Gradenſe in Moravia Monaſterium erexit. Confecto hoc bello pacem, ac quietem Bohemis triennalem permiſit, quo tempore ſaluberrimas Reipub. leges tulit. Triennali otio exacto, nè bellicoſo populo diuturnior quies noceret, delectum habuit, & Polono, veteres injurias, orbatúmque oculis Boleslaum III. ulturus, bellum indixit. Non totâ æſtate transactâ Sileſiam, ac Poloniam populatus, præſtantiſſimas quatuor Urbes, Wratislaviam, Cracoviam, Gneſnam, Poſnaniam cepit ac diripuit. Victoriæ gaudium Romani Pontificis, Cæſaris, & Caſimiri, Polonorum Regis, ira turbavit. Pontifex direpta, ac violata Sacra: Cæſar turbatam pacem: Caſimirus vaſtatum regnum querebatur. Pontificem, ex Polonicis Manubijs erecto templo, & Sacerdotum Collegio fundato, placavit: Cæſaris amicitiam certis conditionibus redemit: Caſimiro Civitates reſtituit, tributo tamen indicto. Extinctum luxerunt pupilli, & Viduæ.



Digitized by Google

[illegible] Google

SPITIGNEVS II.
BOEMORUM DUX XXII.

HEu quæ funeſti primordia turpia Regni,
Et civi, & matri, & fratribus aſper agis?
Si conjurarent cum primis ultima; ſceptrum
Quæ ſic tractâſſet, dextra Neronis erat.
Extremis ſed prima aufers. Hæc pulchra litura eſt;
Virtutem ſceleri nam bona ſubſtituit.

SPitigneus Bretislai filius, varius vitijs, àc virtutibus, reprehenſibilis initio, laudabilis ad extremum fuit. Adminiſtrationem Reipublicæ ab inhumanitate exorſus, Germanos omnes ex Bohemia proſcripſit. Nè deeſſet impietas, nè Matrem quidem, aut ſacras Deo Virgines excepit. Ægrè tulêre facinus hoc Moravi: ſed non impunè; trecentos ex prima nobilitate carcere damnavit. Vitia manu ſe invicem trahunt, & facilè ſequuntur. Crudelitati appoſuit latiùs regnandi libidinem. Ergo Parentis acta reſcindere, Fratres Moraviâ exuere decrevit. Ita Bohema res integra ad unum devoluta eſt. In præcipitia curſus hic Principem ducebat. Cùm Severus Pragenſis Epiſcopus oppoſuit ſe obicem ruenti. Mortalibus cœleſtes acceſſere minæ. A S. Vito monitus eſt, ut ab injuria deſiſteret, quam Numinis ira ulciſci parabat. Ex hoc conſecuta mira rerum mutatio. Sua ipſe Prin-

 ceps

ceps acta reſcidit: Fratribus Moravos captivos dimiſit: æquiſſimos viros ad jus dicendum elegit, quos noluit ultra triduum pupillorum, aut viduarum cauſas ampliare. Decretum ſuo exemplo firmavit. Cùm ex Civitate aliquando egrederetur, obviæ mulieri roganti, ut ſe audiret, ex equo confeſtim deſiliens, in ipſa Civitatis porta, integras duas horas, aures dedit. Illud etiam poſterorum imitatione dignum non præteribo. Epulis cùm accumberet, nè diſſolveretur animus, eorum, qui ante ſe in Bohemia regnâſſent, acta legi voluit, & ſic ad Reipub. moderationem erudiri. Sexennium in Principatu egerat, cùm obijt, Ducúmqne Bohemorum ordinem clauſit. Adminiſtrata à Ducibus eſt Bohemia annos, à Gente condita, ferè quinquaginta ſupra quadringentos; inde Reges, ac Interreges rerum potiti ſunt.


WRATISLAUS II.
BOEMORUM REX I.

WRATISLAUS II.
BOEMORUM REX I.

CZechius Auguſti poſuit fundamina Regni;
Hic apicem Regno, Regia ſerta, locat.
Confer utrumq; virum generoſa Bohemia. Multum eſt,
In te, quod Princeps fundit uterque, decus.
In quam Regnares Gentem tibi condidit ille;
Sed quo regnares jus dedit iſte tibi.
Pace tua dictum, Gentis Pater optime. Plus eſt,
Jus Regni, Regno quàm genuiſſe viros.

PRimus hic Bohemorum Principatum Regiâ coronâ illuſtravit. Henricus IV. Cæſar, Moguntinis comitijs, vel merito eo honore Wratislai virtutem exornandam, vel ſplendido eo beneficio magni Principis potentiam ſibi conciliandam exiſtimavit. Itaque à Gilberto, Trevirorum Antiſtite, Wratislaus cum Conjuge, fundatæ ſalutis Anno M. LXXXVI. XVII. Kal: Julij, Pragæ in Regem coronatur. Neminem eò fortuna provexit, ubi non poſſet illi minari. Pulchrè ſecum agi Wratislaus crediderat, novis honoribus auctus. Sed coronam ſecutum eſt bellum, & deplorandum ipſum, & deplorandi belli origo. In Gerardum, & Conradum Fratres ducendus fuit miles: & ille quidem febri extinctus arma non vidit; Hic verò, Brunæ obſeſſus, Wratislai gratiam Uxoris lachrymis redemit.

Digitized by Google

demit. Cæterum Conradum Rex dum oppugnat, incautus Bretislaum filium hoſtem ſibi fecit. Deſiderius ex aulicis Regi cariſſimus coram Patre ſalsè Bretislaum perſtrinxit. Rex riſum non tenuit, quo ſalſum verbum approbâſſe viſus eſt. Hinc in Deſiderium, ac Parentem Juvenis exarſit. Hoc etiam ad noſtras pertinet miſerias. Riſu lædimur, & quidem acerbiùs, quàm convitio. Itaque Deſiderium per ſicarios interemit: Regem armis laceſſivit Bretislaus. Pugna quidem commiſſa non eſt, Conrado prohibente; ſed admiſſum eſt ſcelus, quando tam propè ad parricidium filius acceſſit. Poſt hæc reconciliari Patri potuit Filius, ſed maluit ad Ladislaum Hungarorum Regem contumax ſecedere. Rex ſeptimo, ab adepta corona, anno moriens, ſubſtituto Conrado fratre, filium excluſit à Regno, cui à feroci illius ingenio timebat, Reipub. quàm filij amantior. Illatus eſt ſepulchro in Wiſſegradenſi æde, Apoſtolorum Principi ab ipſo dicata, eòque titulo verè regia, quòd ad illius fundamenta ſuis Rex ipſe humeris lapides comportavit, Magno Conſtantino ſimillimus.

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CONRADVS I.
BOEMORUM INTERREX I.

Vix ſceptrum, Conrade, capis, vix clarus in Oſtro
Fulges, & Regno te rapit atra dies.
An mens par auro fuerit nè conſtet, acerba
Mors prohibet, cœptis inſidiata tuis.
Si tamen inſpicio quid Regnum feceris ante;
Conrade, Imperio non niſi dignus eras.

AB Wratislai Regis funere ferè quinque, & ſexaginta Annos regia caruit corona Bohemia; quia honor à Cæſare Homini magìs, quàm Bohemorum Duci delatus, à ſubſecutis ſex Principibus vel non eſt petitus, vel non impetratus. Itaque Interregis titulo Conradus adminiſtrandam Bohemiam ſuſcepit. Principis mores bene de Repub: ſperare jubebant; ſed brevitas ſpei fructum ademit. Menſes ſeptem, ſolium tenuit, & fato communi conceſſit. Antequam Principatum adiret, de Wratislao Rege, ac Gerardo Fratribus optimè meritus, pulcherrimo facinore coronam promeruit. Pragenſem Epiſcopatum, quem antea oblatum rejecerat, petebat Gerardus. Rex hominis levitatem vel durioribus remedijs ſanare, vel punire decreverat. Itaque dignitatem negabat. Diviſa in factiones Bohemia in civile bellum erupiſſet, niſì Conradus malo prudenter medicinam feciſſet,

ciſſet, & Wratislaum Gerardo reddidiſſet mitiorem. Poſt hæc aliud in Wratislaum, Bohemiámq; univerſam contulit beneficium. Leopoldus Auſtriæ Marchio, Wratislai ditionem, immiſſo milite, vaſtabat, totique Moraviæ graviter imminebat. Adfuit Wratislao Conradus, profligatóque Leopoldi exercitu, ab hoſtilibus armis ſervavit Bohemiam, quam antè à Civilibus præſervârat. Verùm nulla re glorioſior, quàm præclaro Principatus fine fuit Conradus. Decedens filios reliquit ſuperſtites Udalricum, & Leopoldum. Illi Brunam, huic Znoimam delegavit: Regnum ad Wratislai filios redire voluit; ſi, ut acceptum à fratre in Nepotes referret beneficium, gratus; ſi, ut filijs à regnorum procellis caveret, pius.

Digitized by Google



O BRE-

Digitized by Google

Digitized by Google

BRETISLAUS II.
BOEMORUM INTERREX II.

Huic rigidos mores emollit purpura. Regem
Mitis agit, civis qui priùs aſper erat.
Quid querimur mutare homines cum munere mores?
Quoſdam; non omnes ſceptra nocere docent.

COmplorato Conrado, dubitatum à Bohemis eſt, quemnam ex Wratislai Regis filijs (quatuor enim ſuperſtites reliquerat) in Regnum vocari expediret. Et Bretislao quidem quantum ætatis prærogativa tribuebat, tantùm aſperum adimebat ingenium. Nemo hominum vult feritati ſubeſſe. Dum Pragæ conſulitur, impetratis à Ladislao, Hungarorum Rege, copijs Bretislaus Bohemiam intrat. Vis dubitationem ſuſtulit, & Principatum terror extorſit. Mirum in hac conditionis mutatione accidit. Bretislaus cum purpura benignitatem induit, & novus honor hominis mores mutavit in meliores, raro prorſus exemplo. Itaque, inter ipſa Principatus rudimenta, nihil omiſit, quo à Civibus amaretur, & quod pulcherrimum Regi eſt, quo cunctis optantibus & viveret, & imperaret. Religioni addictiſſimus, Magos, nefarium hominum genus, antiqua ſacrificia dæmoni inſtaurantes, proſcripſit. Baſilicam D. Vito Pragæ ſacram, incendio deformatam, reſtituit: Bis

contra Wladiſlaum, Polonorum Regem, delectum habuit, & pugnavit feliciter. Subinde cum Polono fœdus percuſſit. Verſovicenſes, diſcordiarum authores, bonis fiſco adjudicatis, in Sirbiam (Luſatiam jam vocant) exulatum aſportari juſſit. Cæterum, partam rebus præclarè geſtis gloriam, uno facinore, infecit. Udalricum, ac Leopoldum Patrueles, paternâ hæreditate exuit, nec ſine dolo. Superbo faſtidiri acerbius eſt, quàm non timeri. Non magno ſe æſtimari à Patruelibus querebatur Princeps, qui tamen ſuum favorem ambitu expeti optabat. Septem annos Bohemæ rei imperium geſſerat, & receptâ in viſceribus ſagittâ, extinctus eſt. Lorecus, ex Verſovicenſibus exulibus, altâ jam nocte, redeuntem ex Venatione ſic oppreſſit.



BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google


BORIVORIUS II.
BOEMORUM INTERREX III.

TEr ſolio pulſus, ſolio bis redditus, ægris
Emoreris curis fractus, in exilio.
Dum dubitat fortuna, juvet, noceátne, per omnes
Raptatum, Princeps, te rotat illa gradus.
Extollit, reprimit, tandem fera comprimit. Egit
Quod ſolet. In caſum, quæ levat, illa levat.

INconſtantis fortunæ exemplum Hic eſt. Sæpius in Regni diſcrimen adductus, ter faſtigio dejectus, bis reſtitutus, in exilio demum mœrore, curiſque contabuit. A Bretislao fratre Bohemiam regendam cùm accepiſſet, ſtatim Udalricum, ac Leopoldum patrueles ſuos, Bretislai armis, Brunâ, ac Znoima exturbatos, in veterem poſſeſſionem reſtituit. Neſcio an dicturus ſim, ſatius eſſe quoſdam lædere, quàm demereri. Beneficijs armantur ad ſcelera. Udalricus, liberalitate Principis, receptâ Brunâ, egit de Regno Borivorio adimendo. Amor Civium Principi Regnum ſervavit. Ex Patruele victor, à Patruele alio victus eſt. Honorificam legationem, & dona Boleslaus III. Poloniæ Rex ad Borivorium Interregem, & Svatoplucum, Olomucij Marchionem, miſerat. Donorum participem Patruelem non fecit Borivorius. Ille, contemni ſe ratus, ex ſcintilla excitavit incendium,

quod,

quod, arreptâ in Poloniam fugâ, conatus eſt evitare Borivorius. Svatoplucus altero ob occupatâ coronâ, anno extinctus eſt. Nova ſpe erectus, quà vi, quà arte Regnum Exul recepit. Multo ſtudio quæſitis rarò homines multo fruuntur tempore. Longus labor, uſus brevis. Iuniori Fratri Wladislao à Cæſare adjudicato Principatu, iterum Borivorius exulavit. Wladislaus tamen victoriâ abuſus non eſt, & ſenſim redeuntem pietatem admittens, nondum exacto anno, ſocium ab exilio Borivorium accepit. Placidiſſimè unà Fratres regnabant, cùm nova excitata à ſeditioſis tempeſtate, ſolutóque inter Fratres amore, in Bavariam primùm, deinde in Hungariam Borivorius dejectus eſt, eóque in exilio extinctus. Vix alium plura pati regnandi cupido coëgit. Vix cum alio fortuna luſit acerbiùs. Unus omnium optimè docuit, quàm lubrico loco ſtet humana Majeſtas.



P SWA-

Digitized by Google

SWATOPLUCUS
BOEMORUM INTERREX IV.

SUnt tibi, qui Regni perturbant otia, Cives;
Hos tu ſubmiſſo providus enſe metis.
Sed tamen eſt aliquis, qui ſeſe ſubtrahit iræ:
Ad nova, ſi neſcis, crimina crimen abit.
Hoc cave. Quæ, reliquis exciſis, ſpina remanſit;
Illa eſt, incautum quæ ferit agricolam.

SWatoplucus, Othonis Olomucij Marchionis Filius, Borivorio Patruele dejecto, ſolium invaſit. Injuriâ partum, ut jure Principatum retinere videretur, ab Henrico V. Cæſare cauſam ſibi adjudicari, ingenti obligata pecunia, obtinuit: Hinc, ærario exhauſto, cùm ſolvendo non eſſet, ad rapinas converſus ſacráque profanáque diripuit. Subinde Cæſar in Hungaros expeditionem ſuſcepit; adeſſe juſſus cum milite Swatoplucus egregiam Cæſari navavit operam, Nitriâ Captâ, & vaſtatâ Hungariâ. Hæc inter novi rumores in Bohemiam Interregem revocârunt. Werſovicenſium in Bohemorum Principes odium regnum turbabat, per ſpeciem reſtituendi in priſtinam dignitatem Borivorium. Reverſus in Provinciam Swatoplucus, ratus ex Repub: fore, ſemel diſcordiarum radicem extirpare, Werſovicenſium familiam ferè totam obtruncavit, nè fæminis quidem, aut infan-

tibus ſervatis. In exigenda pœna, ſanabilia ingenia à deploratis diſtinguenda ſunt: Æquè corpori incommodum eſt victura membra abſcindere, & mortua pati. Arbores ſenio infructuoſas eruimus, earum propagines, ſpe meliore, nutrimus. Ex tanta Werſovicenſium clade aliqui, fugâ ſubducti, in Poloniam ſe receperunt, in ſpem futuræ ultionis. Rebus domi compoſitis, Cæſarianis auxilijs fretus Swatoplucus bellum intulit Polonis, quos Borivorio faviſſe ægriùs tulerat. Glogoviam hoſtilibus armis premebat, cùm, adacto per tergum telo, à ſicario, juſſu Werſovicenſium exulum, occiſus eſt. Principem bellica virtute non obſcurũm deplorârunt milites, motíſque caſtris in Bohemiam adductum in Cladronenſi Cænobio, ab eodem extructo, condiderunt.

Digitized by Google



P 3 WL.

Digitized by Google

Digitized by Google

WLADISLAUS I.
BOEMORUM INTERREX V.

PRoijce tela manu. Quæ Fratrum prælia cerno?
Alter in alterius pectora tela rotat.
Mater adeſt. Poni arma jubet. Qui ſpernere Matrem
Audet, is in fratrem perditus arma ferat.
Fallor? an irarum cecidit vis? lacryma Matris
Extinxit, dederat quas furor antè, faces.

OCciſo Swatopluco, Regnum ad Wratislai Regis Filios redijt, ſceptróque potitus eſt Wladislaus, tertio loco natus. Hoc Interrege facinus deflevit Bohemia, cui vix Thebæ ſimile luxerunt. Vidit fraternas acies infeſtis armis concurrere, & tres fratres de Regno, ferro, decernere. Borivorius, conjuratorum ope, Pragâ occupatâ, in ſpem Principatus recuperandi devenerat. Wladislaus inſtructam aciem in Fratrem duxit, victórque, Fratris exilio, ſolium ſibi aſſeruit. Borivorij caſus viſus eſt Sobeslai animum erexiſſe. Is inter fratres natu minimus, olim voluntarius Borivorij in exilio comes, Polonicis auxilijs Bohemiam invaſit, Germanum ſolio dejecturus. Atrox commiſſum inter fratres eſt prælium, nec niſi Sobeslao vulnerato diremptum. Aſperiora imminebant, ſed ea Swatawa Principum mater avertit. Stetit hæc Wladislaum inter, & Sobeslaum, & diſſidia deteſtata; Ergo, inquit,

inquit, niſi duos peperiſſem, hoc ſcelus non viderem? Niſi Sobeslaum genuiſſem, Wladislaus non oppugnaretur. Niſi Wladislaus eſſet, Sobeslao non timerem. Quod hoc infortunium? in filiorum exitium, Bohemiæ lacrymas, meum cruciatum fui fæcunda. Melius eſt tibi, Sobeslaë, exilium, quàm reditus iſte: expedit tibi carere regno, Wladislaë, quàm ſic regnare. Terra hæc, quæ vos naſcentes excepit, in mutuum exitium armatos videt? Ut videant cæteri, mater certè viſura ultra non eſt. Aut, ſi pietas placet, donate matrem pace: aut, ſi ſcelus tantùm arridet, qui cruenti Regnum petitis, ſiccis oculis pereuntem matrem aſpicite. Præſtat mori, quàm à filio filij vitam in diſcrimen adductam intueri. Fregit animos materna pietas, quos arma non fregiſſent. Poſuerunt fratres odia, & in mutuum ruentes amplexum beârunt Matrem, quam ſuis penè odijs peremerant. Sed nullum bonum, diuturnum eſſe patitur ambitio. Paulò pôſt, diſſidium recruduit, iterúmque in Poloniam exulavit Sobeslaus. Sic eſt: violentus eſt amor regni. Naturam mutat vel invitis.

Google



Q SOBI

Digitized by Google

Digitized by Google

SOBESLAUS I.
BOEMORUM INTERREX VI.


DUm te bella premunt, æquus tibi militat æther,
Lapſáque ſidereâ vincit ab Arce phalanx.
Hoſte triumphato, nec cingis tempora lauro,
Nec pateris curru ſplendidiore vehi;
Aurea Cælitibus ſed ponis ſerta, jubéſque
Victorem dici, militis ore, Deum.
Hoc age; nam Superûm virtute eſt pulchrius hoſtes
Deviciſſe, Hominum quàm ſuperâſſe manu.

SObeslaus, Fratre mortuo, ab exilio in regnum venit. Belli, pacíſque artibus longè clariſſimus, inter ipſa Principatus rudimenta, inſignē de Lothario II. Auguſto, & Othone, Moraviæ Marchione, retulit victoriam, in qua Otho ipſe interemptus eſt. Conſtans eſt fama, Cælitibus præliantibus pro Sobeslao, id bellum confectum fuiſſe. Ipſe Victor lauream Cælitibus acceptam retulit. Coronam auri duodecim, argenti octoginta pondo D. Wenceslao donum poſuit. Neque negavit Lotharius, adverſo Numine à ſe pugnatum; Quare ſponte amicitiam Sobeslao obtulit, qui ex hoſte familiaris, pro Lothario, contra Conradum, ac Fridericum, imperij æmulos, arma vertit. Non pauciores invident, quàm admirantur, & quoſdam ità virtuti vitium fecit infenſos, ut quos imitari, vel

Digitized by Google

volunt, vel nequeunt, perdere feſtinent. Sobeſlao laudem omnem metenti Miroslaus, & Streſemirus, materno genere Verſovicenſes, in quibus livorem alebat inertia, inſidiati ſunt. Detectâ fraude conjurati pœnas luêre. Princeps periculo diſcuſſo, Deo Cælitibúſque gratus, nudis pedibus, apertóque capite, Pragæ templa ſupplex adivit, erogato in pauperes auro, argentóque munificentiſſimè. Subinde Lotharius Cæſar expeditionem in Italiam ſuſcepit, ut Innocentium II. Petro Leonis ejecto, Lateranenſi ſedi reſtitueret. In facinus pijſſimum equites trecentos Lothario Sobeslaus adjunxit. Nec uberior forìs, quàm domi gloriæ ſeges. Glacium Polonorum armis vaſtatum, Gòrlicium incendio abſumptum, Budiſinam vetuſtate ſqualentem inſtauravit. Miſam à fundamentis erexit, & quod caput eſt; Pietatem in populorum animis jacentem, ſuo exemplo, excitavit. Quarto decimo, quàm ad principatus faſtigium aſcenderat, anno, capitis dolore perijt, Vir in paucis pius ac ſtrenuus, & niſì adoleſcentior, motis armis, fratris odium incurriſſet, etiam felix.

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

WLADISLAUS II.
BOEMORUM REX II.

ITe alacres in bella viri: capite arma Bohemi;
Certa ſub hoc vobis Principe palma viret.
Unus hic Inſubriam Friderico vincet, & unus
Hungariam Stephani ſceptra ſub æqua trahet.
Jura alij poſcant Regnorum à Cæſare. Regna
Regibus hic potius eſt Cæſaribúſque dare.

PRimum interregnum ſua virtute Hic ſuſtulit. Bene, pro Friderico Ænobarbo Cæſare, adminiſtratâ Germaniâ, ab reduce ex Italia Auguſto, prudentiæ præmium, Ratisbonæ, Principum in conventu regiam coronam recepit. Antequam ea exornaretur dignitate, turpi ſuorum conjuratione petitus ad necem, virtute periculum evaſit. Nec honoribus auctus ſegniùs egit; adeò ridendos cenſebat, qui honores labori metam poni, & ultra faſtigium dignitatis, locum virtuti non ſupereſſe arbitrantur. Itaque relatâ in album Bohemâ juventute, primùm Friderico Auguſto, deinde Stephano Geſæ, pupillo bellicam navavit operam, eo eventu, ut Inſubriam Friderico, Hungariam Stephano reſtitueret. Ex Italia retulit in regnum, fortitudinis eximiæ monumentum, purpureo in clypeo Leonem album, quo ſigno, nigrâ Aquilâ abraſâ, hodiéque gloriatur Bohemia: ex Hungaria pieta-

pietatis laude, & affinitate pulcherrima cum Emmanuele Conſtantinopolitano Imperatore contracta, redijt illuſtris. Neque verò pacis artibus minùs, quàm armorum tractatione, ſuæ gloriæ conſuluit. Marmoreo ponte, quatuor, & viginti fornicibus ſupra Moldavam producto, Minori Veterem Pragam conjunxit: Strahovienſe, Pleſſenſe, TeplicenſeMonaſteria magnis ſumptibus excitavit; primum & vivus pietatis ſtudio incoluit, & mortuus ſepulchro exornavit. Deceſſit honoribus plenus, ac planè invidendus, niſì extremâ in ſenectute Fridericum Cæſarem, quem tot beneficijs cumulaverat, ingratum paſſus, & ſolio diſcedere, & Fridericum filium, quem regni ſocium acceperat, exulem deplorare viſus fuiſſet.

Digitized by Google



R

UDAL-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

UDALRICUS II.
BOEMORUM INTERREX VII.

Laudem alij quærant Regnis, populiſque regendis;
Huic placet inſolitæ carpere laudis iter.
Imperio Fratrem donat. Voluiſſe carere
Imperio, plus eſt, quàm potuiſſe frui.

WLadislai morte Bohema res ad Interreges redijt. Dum multi de regno decertant, nemo Coronam regiam adipiſcitur, Bohemiam plures dilacerant. Ergo, Wladislao extincto, Auguſtus, conſilio non laudando, Friderico Wladislai filio præterito, Udalricum ex Sobeslao I. genitum jubet in Bohemia dominari. Hic, quaſi alteri, non ſibi, honorem à Cæſare quæſiviſſet, paulò pòſt Sobeslao, fratri ſeniori tradidit Principatum. Abſterſit notam Bohemæ aulæ injuſtam. Viderat Bohemia, per ſummum ſcelus, à Fratre Fratrem regno exui. Vidit tandem à fratre fratrem regno donari. Frequentiora hæc eſſent exempla, niſi purpuræ ſplendor quàm plurimos excæcaret. Plures eſſent, qui regna relinquerent, quàm acciperent: plura eſſent regna, quàm reges, niſi proprias ignorare vires placeret. Senſerat Udalricus, quàm ſupra vires ſuas grave eſſet regni pondus. Cæterùm glorioſior regno relicto, quàm ducto exercitu fuit. Friderico Cæſari auxiliarem militem in Italiam debuit tra-

ducere. Nunquam clariùs conſtitit, militari ſolutâ diſciplinâ exercitum diſſolvi. Dum benignitatis laudem, & clementiæ nomen ſollicitus ambit, rapinam militis non punit. Itaque multis ad latrocinia dilapſis, multis, ab agreſtibus, ſe ſuáque tuentibus, occiſis, non niſi laceras, & conciſas copias in Cæſaris caſtra invexit. Ex Italia Bohemiam repetens, octo tantùm commilitones, diſſoluti exercitus miſeras reliquias, reduxit inglorius. Æquè malus eſt Imperator, qui militi omnia permittit, & qui negat omnia. Sive indulgentiâ, ſive auſteritate in militem peccet, nihil differt; Utroque vitio militiam, & rempub. prodit.



R 3 SOBE-

Digitized by Google

SOBESLAUS II.
BOEMORUM INTERREX VIII.

HEu quid agis? Regni primordia ſanguine fœdas?
Tantáne præcipitem proripit ira Ducem?
Rex furit in famulum? meliùs Leo dividit iras.
Fortior in tenues non furit ille feras.
Eſtne feræ major ſervandi cura decoris?
Anne homini ſtolidæ plus feritatis ineſt?

SObeslaus, ejus nominis II., à Fratre acceptum regnum humano ſanguine infecit. Vix ſceptrum tractabat, & pugionem ſtrinxit in Prindæ Præfectum, à quo duriùs ſe olim habitum in carcere querebatur. Præceps vindicta non caruit infamiâ: non potuiſſe ſibi temperare, quin regias manus famuli ſanguine macularet. Cæterùm ubi reſedit ira, facti pœnitentiâ tactus, Epiſcopi genibus publicè advolutus ſcelus deflevit. Lachrymâ nihil citius areſcit, & ſæpe quos ira ſolet perſtringere, excæcat ambitio. Sobeslaus ſceleri ſcelus paulò pòſt addidit, eo gràvius, quo turpius. Emericus Hungarorum Rex, ab Andrea fratre in regni diſcrimen vocabatur. Ad Sobeslaum confugiens petijt, ut illius ope ad Cæſarem, quem appellârat, ſecurus iret. Sobeslaus humani, diviníque juris oblitus Regem, hoſpitem, ſupplicem, innocentem vincit, & captivum mittit Andreæ, cujus familiarita-

Digitized by Google

ritatem ambiebat. Quàm familiaria humanitati vitia fecimus? illis conciliantibus amicitias inimus. Rem æquè, ac debuit, graviter tulit Cæſar, & Sobeslaum ad cauſam dicendam accerſitum, & nequicquam morbum cauſantem, regni jure, & authoritate exuit, ſubſtituto Friderico, Wladislai Regis II. filio. Hinc atrox Fridericum inter, & Sobeslaum bellum exarſit. Totis viribus ad Pragæ mœnia pugnatum eſt. Anceps erat fortuna belli, cùm Eliſabetha, Friderici uxor, quæ pugnam ſpectabat, manibus ad cælum ſublatis ſic precata fertur. Chriſte, conjugem ſerva, & victorem reſtitue. In ipſo pugnæ loco templum tibi, ac pauperibus hoſpitium, quod poſteris ſit monimentum, tuâ præſenti ope ſervatum eſſe regnum, Voveo. Annuit Numen precibus. Fugato hoſte, ſuis ipſemet manibus Fridericus vulnus inflixit Sobeslao, qui ſemivivus pugnæ ſubtractus, non ita multò pòſt perijt, memorandum violati hoſpitij documentum.

Digitized by Google



S FRI

Digitized by Google

Digitized by Google

FRIDERICUS.
BOEMORUM INTERREX IX.

Sacræ iterum cecinere tubæ: cui gloria pungit
Corda, Paleſtinis deſtinat arma plagis.
Coge tuos in bella, potens Friderice, Bohemos,
Et pia Chriſtiadûm, milite, vota juva.
Utile id eſt unum bellum. Certamine ſacro.
Et viciſſe bonum eſt, & periiſſe juvat.

FRidericus, non malus Princeps, alienâ culpâ Bohemorum odium incurrit. Ærario Germanos homines præfecerat. Hi in exigendis vectigalibus violenti, Plebis animos in Principem concitârunt. Acceſſit & alius odio fomes. Publicum munus Germano homini, Bohemis præteritis, demandavit. Id verò gravius Bohemæ Nobilitati viſum eſt, quàm ferri aut poſſet, aut deberet. Itaque Ratisbonam ad comitia profectum jubent Principem exulare, & Conradum, Olomucij Marchionem, vocant ad ſolium. Malus conſiliarius eſt animus perturbatus. Timori, ac dolori rarò credendum eſt; amori atque iræ nunquam. Amantes, & irati plura ſibi ſemper pollicentur, quàm poſſint. Pericula veriùs non vident, quàm contemnant. Bohemi non multo pòſt conſilium ſuum damnârunt, coacti Cæſarianis minis abrogare, quod indignatione decreverant. Quare Conrado

Digitized by Google

rado dimiſſo, iterum Sacramentum dixere Friderico. Nec tamen hæc tempeſtas potuit ſinè humano ſanguine componi. Novas in dies turbas moliebatur Conradus. Quare à Friderico Primislaus, Frater natu minor, ad hominis ferociam infringendam deſtinatur. Ad Ludomiſium commiſſum eſt prælium, in quo potuit Conradus opprimi, niſi Fridericus in victum, ſævire victorem vetuiſſet. Subinde mentito tabellarij habitu ad ſe venientem Conradum humaniter excepit, injuriarum veniâ amicè datâ. Eodem ferme tempore à Clemente III. Pont: Max: ſacrum bellum indictum eſt. Cùm prima orbis Chriſtiani capita in Syriam tranſmitterent, Fridericus, ſuis copijs eodem Conrado præfecto, Chriſtianorum ſtudia promovit.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

CONRADUS II.
BOEMORUM INTERREX X.

HUic patrio, miles, de marmore pone ſepulcrum:
Hâc, inter lacrymas, marmora ſcribe notâ.
Conradus jacet hîc. Auguſti jura tueri
Dum cupit, infeſtâ carpitur ipſe lue.
Pulcriùs haud alio perijſſet tempore. Amici
Commoda curabat, cùm fera mors rapuit.

TErtium ſacrum bellum, tantis Chriſtianorum Principum ſtudijs ſuſceptum, plus terroris, quàm damni barbaris intulit. Friderico Cæſare in expeditione mortuo: Philippo Galliæ, & Richardo Angliæ Regibus diſſidentibus, tantùm non cum ignominia diſceſſum eſt. Conradus certè Bohemas, ac Moravas copias ità laceras reduxit, ut non immeritò Bohemiam intrans, & extincto Friderico ſubſtitutum ſe à Bohemis audiens exclamârit: Ex naufragio emerſimus in Regnum. Sub hæc Romano Imperio pro Friderico Patre potitus Henricus IV. ingentem in Italiam traduxit exercitum, utriuſque Siciliæ Regnum dotale recepturus. Rogatus adeſſe Cæſari Conradus diu dubitavit, irétne ipſemet, an per alium auxilia tranſmitteret? Vicit demum novi Cæſaris demerendi deſiderium. Ergo Bohemiæ præfecto Henrico, Pragenſi Epiſcopo, in Campaniam cum Cæſare pervenit. Neapolim,

Digitized by Google

lim, quam Tancredus totis viribus tuendam ſuſceperat, Cæſar dum oppugnat, exortâ, in caſtris lue Conradus extinguitur, nulla re, niſi bis ducto milite, & nê feliciter quidem, memorabilis. Bohemi ſuo hoc Principi amoris teſtimonium dedêre. Quem vivum in Italiam ſequuti fuerant, extinctum Pragam retulerunt, ſolenni luctu, ſepulchro inferendum.

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

WEN

Digitized by Google

WENCESLAUS II.

BOEMORUM INTERREX XI.

HEu tibi ſtat quanti Regnum libare? Tenebris
Heu quibus, imperij quàm breve lumen emis?
Tertia te Regem proſpectat Cynthia, quarta
Te videt incluſum carcere, ferre necem.
Ut pereat quis ſceptra petit. Dementia mentes
Quæ rapit? exitium quærimus Imperio.

WEnceslaus ſecundus, Sobeslai ſenioris filius, contra Primislaum, Friderici Interregis fratrem, adnitente Henrico, Epiſcopo Pragenſi, Principatum obtinuit. Verùm alieno favore partum, ſuo timore amiſit. Primislaus, lectâ juvenum manu ſtipatus, Pragam tentaturus advenerat; Interrex, ante pugnam abjectis armis, clam ſe certamini, & Urbi ſubduxit. Cæſarem hic dum appellat, ille Pragâ potitur. Subinde repetebat Wenceslaus ſolium, ex quo Primislaum Cæſaris minæ deturbârant. Sed ab Al-

Digitized by Google

berto, Luſatiæ Marchione, qui Primiſlai partes ſequebatur, comprehenſus, carcerique addictus, brevi ærumnis contabuit. Tanti huic trimeſtris Regni uſura ſtetit.

Digitized by Google



HEN-

ROMA
EMANUELE

HENRICUS I.
EPISCOPUS PRAGENSIS
BOEMORUM INTERREX XII.

Quam reliqui prenſant, ambit te purpura: tellus
Quam colit, invito ſupplicat aula tibi.
Sceptra fugis, meritóque diu contendis honori,
Et prece vix populi Regna, coactus, adis.
Virtuti blanditur honor; ſed conſcia virtus
Ipſa ſui, præter ſe, petit illa nihil.

HEnricus, ex Bohemorum Principum familiâ, Pragæ Epiſcopus, vacuo Solio comitia indixit, in quibus, dum Spitignei pupilli cauſam agit, ipſe à Bohemis Dux eſt acclamatus. Diu honorem a ſe removere conatus, auxit deſiderium tam boni Principis; adeò omnes Imperio dignum exiſtimant, qui poteſt imperium reſpuere. Adminiſtrationem à concordiæ cura aggreſſus, diſcordes in Bohemia Dynaſtas conciliavit, ſcripto milite, qui contumaces in officio contineret. Nec ſat habuit domi turbas cavere, foris etiam quietem quæſivit, icto cum Emerico Hungarorum Rege fœdere. Poſthæc Petrum titulo Sanctæ Mariæ in Via lata Cardinalem à Cæleſtino III. Pont: Max: in Bohemiam legatum pro dignitate excepit, collatóq; cum illo ſtudio collapſam Clericorum diſciplinam reſti-

reſtituit. Hæc agentem gravis morbus invaſit, quo cùm premeretur, ad ſe accerſitis Bohemis Proceribus, Principatu ſe voluit abdicare. Ea vox à circumſtantibus lacrymas extorſit, clamatúmque ab omnibus eſt, nè filios Parente ante horam orbaret. Nec ſtetit hìc Bohemorum in Principem amor: ſumptis armis Primislaum, auditâ Henrici ægritudine, Regnum affectantem Bohemiâ extrudunt, & Wladislaum Fratrem in prælio captum carceri addicunt, nè novis rumoribus optimi Principis quietem turbet. Omni adepto honore glorioſior fuit hæc Henrici de Principatu deponendo voluntas. Nunquam ità glorioſè regnâſſet, ſi ad mortem uſq; regnare voluiſſet. Acceſſit & aliud ad laudis incrementum. Annonâ laborabat Bohemia. Henricus privatâ pecuniâ frumentum coëmit, & largitiones in egenos facere inſtituit. Nemo tam cari Principis vitam, ſuæ jacturâ non ſervâſſet. Ægræ tamen, quò Medicorum conſilio ad vires reficiendas conceſſerat, pauld poſt obijt.

Unus ex Pontificio ordine Bohemiam rexit,
forte ante ipſum nemo melius.



U WLA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

WLADISLAUS III.
BOEMORUM INTERREX XIII.

TE Fratris decorat caſus. Quem ſupprimit hoſtis,
Hunc miſerum Pietas non ſinit eſſe tua.
Exulis ut cernis ſqualorem, protinus oſtrum
Exuis, & Fratris hoc decus eſſe jubes.
O facinus! Regnum perſæpe eſt caſus habere,
Regnum alijs virtus cedere ſola poteſt.

WLadislaus, nè Regnum affectaret, à Bohemis carcere concluſus, ab ijſdem, extincto Henrico, è carcere ad ſolium vocatus eſt. Nullius adeò afflictæ ſunt res, quin meliora ſperare poſſit. Humana mutantur, ſéque invicem adverſa, ac proſpera excipiunt. Regni potitus unum habuit, quo triſtaretur. Primislaus Frater, eo prælio victus, quo Wladislaus captus eſt, quò deveniſſet, ignorabatur. Vide ſævientis fortunæ ludibrium. Paulò antè ſuis carus, timendus hoſtibus, jam modò deſtitutus ſuis, ignotus alienis miſeram vitam famulatu Ratisbonæ ſuſtentabat. Subinde Meſſanæ in Sicilia extinctus eſt Henricus VI. Auguſtus, qui Primislai felicitatem morabatur. Sublato adverſario, Fratre ad Regnum evecto prodidit ſeſe Primislaus, datíſq; ad Wladislaum litteris, Frater Fratris aſpectum, & colloquium petijt. Ex condicto ad certum locum convenere,

habitu tamen longè diſſimili. Wladislaus regijs ornatus inſignibus, Primislaus ſqualida veſte, pallore, ac macie peremptâ facie, promiſſo, impexóque capillo. Vix aliàs illuſtrius fraternæ charitatis exemplum illuxit. Wladislaus, ubi fratrem ſic vidit, in complexum irruens ingemuit, & corporis ſui oppoſitu viſus eſt Fratris ſordes voluiſſe abſcondere. Deinde pulcherrimum facinus aggreſſus, exue, inquit, Primislaë, ſqualorem iſtum, & meo ſimilem ornatum cape. Velut amiſſum paulò antè te deplorabam: Nunc talem te recipio, qualem Fratris oculi non ſuſtinent intueri. In regnum ex iſta calamitate felicior veni. Naturæ jura ſequamur. Ego minor natu obſequar: tu ſenior impera. Jucundius mihi erit ſubeſſe tibi, quàm præeſſe cæteris. Excepta cum admiratione à Primislao hæc ſunt; nec tamen diſſenſit. Res evulgata fidem non antè invenit, quàm Bohemiâ relictâ in Moraviam Wladislaus ſeceſſit. Nos miſeros, qui commiſſa in Regnorum occupatione ſcelera facillimè credimus: Virtutem eſſe poſſe, quæ Regna contemnat, dubitamus. Adeò rara apud homines virtus eſt, adeò vitia communia.



U 3 PR

Digitized by Google

Digitized by Google

PRIMISLAUS II.
OTHOCARUS
BOEMORUM REX III.

IN tua certârunt fata, & furor impius hoſtis,
Et pius in Fratris pectore clauſus amor.
Te patriâ hoſtilis dejecerat impetus; at Te
Fraternus patriæ ad ſceptra reduxit amor.
Quo Fratris redimire comas voluere Bohemi,
In caput hoc ſertum tranſtulit ille, tuum.
Vix alius ſimili præcinxit tempora fato.
Prodigus Imperij vix amor eſſe ſolet.

FRaterno munere adeptus Principatum ſecundum Interregnum ſuſtulit Primislaus. Certabant id temporis de Imperio Philippus Sveviæ, & Otho IV. Saxoniæ Principes. Primislaus ſuis armis adeſſe coactus eſt modò Philippo, à quo Moguntiæ Regium frontis decus, modò Othoni, à quo Othocari cognomen accepit, non ſinè inconſtantiæ nota, ſi turbines, qui Rempub: agitabant, in aliquo conſtantiam permiſiſſent. Sublato à Palatino Rheni è vivis Philippo, Othone ex Imperio ab Innocentio III. Pont: Max:, Rex, cum Germaniæ Proceribus Pontificis authoritatem ſecutus, Fridericum II. Siciliæ Regem in Cæſarem elegit, armiſque juvit; donec, illo humana divináque con-
cul-

culcante, ſenſit orbis terrarum, quàm funeſtum Eccleſiæ anguem ignari Pontifices foviſſent. Ergo anathematis ignominiâ ab Honorio III. Pont: notatum, imperiique jure exutum Primislaus quoque deſeruit, publico bono privatæ utilitati præpoſito. Poſt hæc Bohemiam ſuam Rex, pijs ædificijs exornare aggreſſus, duo inprimis magnifica Pragæ cœnobia extruxit; majore dignus præconio, nisi ab arrepto pietatis calle deflectens in Sacerdotum bona repentè involâſſet. Unde ab Andrea, Epiſcopo Pragenſi, meruit anathemate notari. Diu non aberrat, quem pravorum potiùs hominum conſilia abducunt, quàm voluntas; nec perpetua ſunt vulnera, ubi amor eſt ſanitatis. Repentino terræ motu, tum Strahovienſis Abbatis oratione, nec non Pontificij oratoris minis excitatus in viam Primislaus redijt, eo pietatis ardore, ut pulcherrimis facinoribus inuſtam maculam deleverit. Primislai pietati debemus aras, quibus Procopium virum natione Bohemum, ſanctimoniæ famâ illuſtrem, veneramur: Illo petente, ſacris Procopium faſtis Innocentius III. Pont: Max: adſcripſit.



X

WEN-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

WENCESLAUS III.
OTHOCARUS LUSCUS
BOHEMORUM REX IV.

CÆſaris ira tui turbat primordia Regni.
Illa eadem Cives dilacerare ſtudent.
Nè vis ulla mali deſit, natura rebellat,
Et rotat in Regem filius arma Patrem.
Tu tamen evincis, perfringis Cæſaris iras,
Et natum & Cives ponere tela jubes.
Felix ſorte tua. Tutus nunc æquora curre;
Tempeſtas ipſô in littore victa jacet.

A Primislao Parente puer coronam accepit. Patre extincto, cum Friderico II. Cæſare ſimultates vel invitus exercuit. Impatientiſſimi hominis vim vi repulit, virtute gratiam impetravit. Cæſari reconciliatus ejus auſpicijs in Auſtriam duxit exercitum, & Viennam cepit, quam deinde viginti aureorum millibus redemptam Friderico, Auſtriæ Duci, reſtituit. Bellica virtute partam pecuniam congiarij loco militibus diſtribuit, additâ Rege digniſſimâ voce: Liberalibus liberaliter omnia affluere. In Bohemiam reverſum domeſtica excepit procella. Improborum hominum conjuratione incitatus Primislaus filius, Moraviæ Marchio, Regnum petebat. Bohemia commiſſam

Patrem inter, & filium pugnam deploravit, in qua filij vires Parens fregit, felici victoriâ, niſi de civibus, ac Filio referenda fuiſſet. Victum Moraviâ exuit, & carceri addixit. Eadem tempeſtate Tartari, Gens Scythica, Batto Duce Moraviam ingreſſi ferro, flammíſque Regionem vaſtabant. Rex tuendæ Provinciæ Jaroslaum Sternbergium præfecit. Hic natalium ſplendorem virtute exornans, barbaros occidione occidit, relatíſque ex illorum Imperatore opimis ſpolijs docuit, poſſe vinci eam gentem, quæ totam ferè Aſiam victorijs emenſa, Europæ terrorem injecerat. Wenceslaus victoriâ lætus, filio in gratiam recepto Moraviam reſtituit, cui tamen Capitanei nomine præeſſe voluit Sternbergium; nè tanta virtus ſinè novo honore illuxiſſet. Sub hæc novis inſidijs Rex Cælitum ope ſubductus, D. Franciſco Pragæ templum dicavit, & aſcitâ in partem pijſſimi operis Agnete ſorore, Virgine Deo ſacra, Xenodochium ad Pragenſem pontem inſtitutâ virorum, quos à rubra cruce nominamus, familiâ, fundavit. Obijt ætate jam gravi ex Venatione, quam intempeſtivus inſtituerat, contracto morbo. Othocarus ex Patris cognomine dici aliquando voluit, ſed amiſſo in venatione oculo, ex infortunio Luſcus dictus eſt.



X 3 PRI-

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

PRIMISLAUS III.
OTHOCARUS
BOEMORUM REX V.

EX votis Fortuna tuis dare vela videtur,
Cæca tuo nutu, luminibúſque regi.
Ut libet, aſpirat. Tibi Baltica lympha miniſtrat,
Servit & Adriaco, lympha ſuperba, ſinu.
Plura tibi votis offert DEA Regna; potéſque
Faſcibus Imperij velle carere datis.
Heu nimium nè crede DEÆ. Quæ prodiga donat
Regna, ſitit venas ſanguinis illa tui.

SUperiores Hic & animi magnitudine, & ditione ſuperavit. Regnum, quod Hercyniâ Silvâ ferè concluſum à majoribus acceperat, ex Mari Baltico ad Adriaticum finẽ, vel bello, vel pretio prolatis finibus, amplificavit, eo apud nationes omnes in honore, ut oblatum Romani Imperij culmen, elato ſupercilio, deſpicere potuerit, velut infra dignitatem ſuam poſitum. Prutenos, per ſummum ſcelus, in Chriſtianam Religionem bacchantes, ex Rom. Pontificis voluntate, armis ad pietatem trahendos ſuſcepit, & victor juſſa facere coëgit. Magnificè de Prutenis triumphanti nova de profligatis ad Thajam Hungaris, alióque prælio Poſſonio capto, laurus acceſſit. Æquè fortis in prælio, & domi pius turpem Flage-

Flagellatorum hæreſim, ex Saxonia in Bohemiam repentem, ferro flammiſque extinxit. Ex Hungaricis manubijs ſacram in æde ſumma Pragenſi ſupellectilem exornavit: Monaſterium, cui ab Regia Corona nomen eſt, extruxit, corona ipſe digniſſimus. Nihil bellica felicitate inconſtantius: nulli arbori faciliùs ſurculus inſeritur, quàm Lauro cupreſſus. Romanum in Imperium, quod imprudens neglexit Othocarus, Germanorum Principum ſuffragijs, aſcitus eſt Rodulphus, Comes ab Habspurgo, Regiæ Othocari aulæ præfectus. Elevati non illibenter eos premimus, quibus aliquando inferiores ſtetimus: rurſus, errore non diſſimili, quos aliquando infra nos habuimus, etiam mutatâ fortunâ deſpicimus. Hinc exarsêre graviſſimæ Rodulphum inter & Othocarum ſimultates. Ille Othocari potentiam conabatur infringere: Hic Rodulphi authoritatem eludere. Ad Lavam, majori pertinaciâ, quàm vi commiſſum eſt prælium. Ancipitem Victoriam Milotæ proditio, qui ſiniſtrum ab Othocaro cornu regendum ſuſceperat, ad Cæſarem inclinavit. Itaque cecidit in communi ſuorum ſtrage Othocarus, hoſtium, nè dum Bohemorum lacrymis lugendus. Neminem inter Bohemiæ Reges liberaliùs fortuna promovit, neminem leviùs dereliquit.



Y

WEN-

Digitized by Google

WENCESLAUS IV.
OTHOCARUS PIUS
BOEMORUM REX VI.

MArtem alij fortes tractent, belloque triumphent;
Sinceras artes tu pietatis ama.
Hac duce proſternes hoſtes, victorque retundes,
Quæ ſcelera exacuunt in caput arma tuum.
Non minor eſt oleæ, quàm lauro ſplendor. Inermi
Plus eſt, armatâ, quàm ſuperare manu.

PUlcherrimam optimi Principis formam in ſe expreſſit Wenceslaus, cognomento Pius. Octennis à Patre relictus, Rodulphi Cæſaris voluntate, in Brandeburgenſis Marchionis tutelâ, ad quintum decimum ætatis annum, vixit. Poſt hæc Regnum inijt, & ingenti gaudio abſterſit mœſtitiam, quam ex Gubernatorum avaritiâ Bohemi contraxerant. A pietate adminiſtrationem exorſus, Matrem in gratiam recepit, cujus crimina poterat odiſſe. Subinde Juditham (Bonam alij vocant) Rodulphi Cæſaris filiam duxit, Egrâ aliiſque Miſniæ, ac Luſatiæ Urbibus dotatam. Hæc gaudia ſecutus timor turbavit. In optimi Principis caput à facinoroſis conjuratum eſt; ſed ille, aſſiduis in Cælites officijs, evaſit periculum; nec ſinè incremento virtutis, in qua cohoneſtanda deinceps certatum

tatum eſt. Germani Imperium, Hungari, & Poloni Regnum ſponte detulerunt. Imperij faſces venerari maluit, quàm tractare. Hungaris Wenceslaum filium Regem dedit: Poloniam adminiſtrandam ipſe ſuſcepit, & munitâ Cracoviâ, primus in Regnum illud argenteam monetam induxit. Statuerat temerariam illius temporis in Bohemia judiciorum licentiam, ſanctiſſimis latis legibus, cohibere, & gymnaſium, in quo humanitatis artibus ingenui excolerentur adoleſcentes, excitare. Utrique conſilio interceſsêre ij, quibus incerta omnia eſſe, & nihil ſapere lucrum erat. Pulcherrimæ vitæ periodum exitu concluſit eleganti. Filium, quem Regno ſubſtituebat hæredem, moriens allocutus, & pietate Principis in DEUM, & eorum, qui à Conſilijs ſunt, probitate Regnum, ſua mole cæteroqui ruiturum, ſtare affirmavit.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

WENCESLAUS V.
JUNIOR
BOEMORUM REX VII.

O Scelus! ò facinus, quæ dira licentia ferri?
Itur in immeriti pectora clara Ducis.
Nondum maturus Regno Rex occidis. Ipſo
Te rapit in laudis flore cruenta manus.
Invideat fortuna licet; te novimus. Uno
Ex flore arguimus, quas alit arbor opes.

BReviſſimum Regnum peracerbâ morte concluſit Wenceslaus Junior. Hungariæ Coronam duodennis, authore Patre, cùm accepiſſet, eodem ſvadente, altero anno depoſuit. Poſt hæc, Parente optimo orbatus, Bohemiam potiùs, quàm paternam virtutem ad ſe pertinere viſus eſt, puerili levitate, exiſtimâſſe. Itaque juvenibus in conſilium adhibitis, planè ferociter Rempub: cœpit adminiſtrare. Non aliunde certior, vel ſalus, vel ruina juveni Regi imminet, quàm à Conſiliarijs. In bonos ſi incidat, inoffenſo pede, ad gloriæ culmen rapitur: malos ſi offenderit, graviore illius indoles vulnere tentatur, quàm quod medicinam facilè patiatur. Tandem ad meliora, ſeniorum conſilio, revocabatur, & indoles, cui nihil, præter educationem, ad omnem præſtantiam deeſſe videbatur, polliceba-

licebatur eximia. Scripto exercitu in Polonos expeditionem ſuſceperat, non ſinè ſpe Regni illius obtinendi, in quo Pater regnaverat, cùm in ipſo rerum apparatu ereptus eſt. Olomucij, ſicarij manu, incertum cujus ſcelere, occubuit, & deſierunt cum illo viri nobiliſſimæ Familiæ, quæ à Primislao, quarto Bohemorum Duce, propagata, ab Anno DCCXXII. ad MCCCVII. perpetua ſerie, Bohemorum Duces, ac Reges educaverat. Regis necem, & quia in acerba ætate, & quia ſinè prole, & quia per ſummum ſcelus vivere deſijſſet, etiam ij deplorârunt, qui diffluentem Regis adoleſcentiam potiùs accuſare, quàm ex indole meliora ſperare volebant. Æquiores in mortuos ſumus, quàm in viventes: Quos præſentes faſtidio quodam negligimus, ſæpe ereptos, cum luctu, deſideramus.



 RO-

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

RODULPHUS I.
MITIS
BOEMORUM INTERREX XIV.

AUſtria te primum populis generoſa Bohemis
Præficit, & Genti nobile ſternis iter.
Sis bonus ò, felixque tuis. Cape clara, Nepotes
Quæ longo tractent ordine, ſceptra, tui.
Quàm bene, quòd Mitis violentas oderis iras.
Quâ Pater, hac Regnum diriget arte Nepos.

POſt Wenceslai necem, comitia à Bohemis habita ſunt, quæ factionum pertinacia cruentavit. Coronam alij Henrico Carinthiæ Principi, alij Rodulpho, Alberti I. Cæſaris filio, deferebant. Illi Anna Uxor, Wenceslai Pij filia, hæreditario jure, Regnum aſſerebat. Huic Cæſaris authoritas, ſuffragiorum multitudo, & inita à Wenceslao Pio, poſt Parentis caſum, cum Rodulpho Cæſare Victore fœdera patrocinabantur. Rodulphus rerum potitus tandem eſt. Itaque primus Hic ex Auſtriaca Familia, Bohemiam rexit, quam longo deinde ordine Nepotes, felici adminiſtratione, bearent. Pragam ingreſſus, minùs circa ſe frequentes Proceres vidit, nec ignoravit Henrici ſtudio aliquos abduci. Patris nomen, non tyranni cùm amaret, maluit æquiſſimum dolorem coque-

re, quàm ulciſci. Nec alias omiſit artes, quibus Bohemorum animos devinciret. Eliſabetham, Wenceslao Pio viduam, Bohemis morum probitate commendatiſſimam, ſibi matrimonio junxit: contractum ab ultimis Regibus æs alienum graviſſimum, nullo novo indicto tributo, ex ſuo, diſſolvere inſtituit. Itaque Mitis meruit appellari. Quædam ingenia faciliùs frangas, quàm flectas. Procerum nonnullos nullis artibus potuit demulcere Rodulphus. Quare gravioribus uti remedijs coactus, in Straconicenſem Dynaſtam ſigna movit, & Horazdicium, quò ſe ille receperat, vallo circumdare, & aggere, atque operibus oppugnare adortus eſt. Res à milite ſtrenuè dum promovetur, Dux ſive æſtivis fructibus, ſive veneno exanimatur. Regiam coronam ſolenni ritu non accepit. Quare, etſi Regio titulo digniſſimus, Interregibus tamen adnumeratur.



 HEN-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA [illegible] EMANUELE

Digitized by Google

HENRICUS II.
BOEMORUM INTERREX XV.


Huic artes placuêre malæ. Modò regnet, in omne
Non timet ire nefas.
Et tamen è ſolio rapitur. Quâ ſtare laborat,
Hac ruit arte ſcelus.

ALberti Cæſaris obitus huic ad ſolium viam aperuit. Jam, Rodulpho extincto, Fridericum filium, natu minorem armatus in Bohemiam ducebat Cæſar, cùm à Joanne Fratris Filio interemptus eſt. Quare Fridericus, ut Imperium ambiret, Regnum neglexit, quod armis occupavit Henricus, Carinthiæ Princeps. Principia ejus Imperij moderata, Procerum metu. Cæterùm, qui virtute Regnum retenturum ſe vix ſperaret, fraudibus firmitatem quæſivit. Ergo quidquid auri, argentíque corradere potuit, in Carinthiam clàm transmiſit. Adverſarijs ſuis æmulos oppoſuit, quos ex fæce Civitatis in faſtigium evexit. Inter Ordines diſcordiarum ſemina jecit, callidéque nutrivit, ut mutuò diſſidentes minùs in Principem valerent. Subinde ſatis, ad crudelitatem exercendam, virium paratum credidit. Itaque comitiorum nomine, jubet Proceres adeſſe. Comitia in Judicia repentè mutat, & quos timet, fictis criminibus damnat. Leviſſima illorum viſa eſt pœna, quos

Digitized by Google

quos juſſit mori. Multos ex prima nobilitate tam diu carcere detinuit, donec cum plebe matrimonia inirent, inuſtâ familijs notâ. Præciſa arbor pluribus ramis repullulat, & Regia crudelitas auget inimicorum numerum, tollendo. Crediderat hoc remedium Henricus, & fuit venenum. Viri fraus cognita auxit hoſtes, & Proceres perpulit, ut Regnũ homini abrogarent. Itaque ad Henricum VII. Cæſarem Oratores legant, ſvadéntque ut datâ Joanni filio Eliſabethâ, Wenceslai Pij Filiâ, natu minimâ, Henricum eijciat, & Joannem Regno præficiat. Si quis alius, hic ſuo malo docuit, Regna nec rapinis, nec civium cæde ſtabiliri.

Digitized by Google



A 2 JOAN

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


Digitized by Google

JOANNES,
BOEMORUM REX VIII.

ET te Martis amor violentus corripit: ardor
Bellicus in laudes Martia corda rapit.
Nec pateris languere faces; licet improba certet
Fortuna, atque oculos cæca tibi rapiat.
Quin oculis caſſus bellum traducis in Anglos;
Et pubem cæcus ductor in arma præis.
Virtutis monumentum ingens. Se lucida, virtus
Jacturam Solis ſpernere ſola poteſt.

JOannes in dotale Regnum, Paternis armis, inductus, ferè puer in expugnatione Pragenſis Civitatis ejus militiæ poſuit tirocinium, quâ maximis Ducibus meruit adnumerari. Coronâ, ſolenni pompa, à Moguntino Archi-Epiſcopo inauguratus, inter primum imperij rudimentum, multa in Magiſtratibus, muneribúſque mandandis fecit, quæ deinde facta nollet. Faciles calumniatoribus aures dum præbet, & Procerum multorum, & uxoris innocentiam læſit; Caroli verò Filij indolem nobiliſſimam tantùm non perdidit. Domitiani ea vox ſemper laudabitur. Princeps delatores non caſtigans, irritat. Interea annis auctus, factum ad militarem gloriam ingenium armis cœpit exercere. Bella geſſit, eâ felicitate, ut quocunque ſe intuliſſet, haud dubiam victoriam ſecum trahere videre-

videretur. Ex eo prælio, quo Ludovicus Bavarus Fridericum æmulum Imperij vicit, multa hoſtium cæde cruentus, Henricum, Friderici fratrem, captivum in Bohemiam duxit: Lithvaniam, ac Poloniam ſemel ac iterum ferro; flammiſque vaſtavit: Italiam peſtiferis Gibellinorum, ac Gvelforum factionibus turbatam, quà conſilio, quà ferro pacavit: Miſniæ Marchionem, Luſatiâ; Auſtriæ Ducem, multis oppidis victor multavit: Sileſiam fiduciariæ poſſeſſionis fecit, Regnóque adjecit; Ducum, qui illâ potiebantur, fide Bohemorum Regi obligata. His victorijs ad majora incenſus aggreſſus eſt facinus, quod quia tentatum ſcimus, credimus potuiſſe tentari. Contracto ex Lithvani aëris inclementiâ, & Medici imperitiâ aucto morbo, utrumque amiſerat oculum, cùm ab illo Philippus, Galliarum Rex, arma in Anglos imploravit. Joannes, cæcitate minimè retardatus, copias in Anglos duxit, cæcus primo in ordine decertavit, cæteriſque fugâ dilapſis maluit ſervato gradu gloriosè occumbere, quàm fugâ ſaluti conſulere. Vir bellica virtute clarus, frequentibus tributis indictis, plebi gratior perijt, quàm vixit.



BIBLIOTECA N. ROMA VITT. EMANUELE




Digitized by Google

CAROLUS
IMPERATOR
BOEMORUM REX IX.

Carole cùm belli, cùm pacis munera tractas,
Ambiguum reddis, quî magìs arte vales.
Hoſtes ſeu terret, Cives ſeu flectit amica,
Eximiæ virtus culmina laudis adit.
Quâ ſis laude magìs dignus, Muſa ambigit. Unum
Certum habet: eſt dignum Cæſare quidquid agis.

IN hoc, quod carperet livor, perpetuus felicitatis comes, vix invenit. Regnante adhuc in Bohemia Joanne Parente, ad Rom: Imperij gubernacula vocatus, primus eam dignitatem cum Bohemiæ corona conjunxit. Puer in Caroli Galliarum Regis, affinis ſui, aulâ educatus, & primam ætatem litteris, pietatéque excoluit, & Caroli Valeſij filiam, Blancam, in Uxorem accepit. Adoleſcentiam in armis egit, aſſiduus paternorum bellorum, ac victoriarum comes. A Patre, ætatis anno ſexto decimo, rebus in Italia præfectus, & paternas Urbes armis tutatus eſt, & initam à Mediolanenſibus, Veronenſibus, Ferrarienſibus, ac Mantuanis conjurationem acie oppreſſit. Eo prælio Ferrariæ Marchionem cepit, primôque ac ſecundo equo hoſtilibus armis confoſſo, ab ingruentium hoſtium telis impe-

impediri non potuit, quin tertium conſcenderet. Inter Imperij ejus initia, Nicolaus Rentius, ſcriba populi Rom: multitudine ad ſpem libertatis erectâ, tribunitium nomen, ac poteſtatem Imperatoriam Romæ invaſit. Hunc Carolus vinctum ad Clementem VI. Pontifi: Max: Avinionem miſit, aſſerens turbulentos Cives, & Romani Pontificis hoſtes à Cæſare opprimendos eſſe, non fovendos. Bohemiæ amantiſſimus, quò facilior illius eſſet adminiſtratio, provinciam univerſam in duodecim Regiones diviſam totidem præfectis commiſit. Novam Pragam condidit: Antiquam, inſtaurato in eam, quam merito hodie ſuſpicimus, formam, ponte exornavit: Parvam mœnibus cinxit. Carloſteinum, Regiæ Coronæ aſſervandæ deſtinatam arcem, à fundamentis duxit. Danubium in Moldavam immiſiſſet, ingenti Bohemorum commodo, niſi Auſtriæ damna obſtitiſſent. Non ſemel divinâ ope nefarijs conjuratorum conatibus ereptus, obijt ſeptimo, & ſexageſimo ætatis anno, glorioſior, niſi Wenceslao Filio Imperium ab Electoribus emiſſet. Extinctum lamentatæ ſunt Muſæ, quas ille quo in loco haberet, & extructum, Pragæ diſciplinis omnibus Gymnaſium, & Bartolus Juris peritiſſimus ſplendidè à Carolo ſemper habitus, & Zenobius, Florentinus Poëta, laureâ ab eodem donatus teſtantur.



BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

WENCESLAUS VI.
CÆSAR PIGER
BOEMORUM REX X.

Cum Te naſcentem miſeranda Bohemia vidit,
Hos lachrymas inter, protulit ore ſonos:
Heu, quæ corrumpet Regnum, te Principe, peſtis?
Heu, quantum populi pectora vulnus alent?
Sed bene conſuluit miſeris DEUS. Auſtria Regem,
Olim qui curet vulnera, fauſta dabit.
Evenit. Curat FERNANDUS vulnera. Regno,
Te Duce, quæ perijt, hoc Duce forma redit.

WEnceslaus, ob inertiam Pigri cognomen adeptus, adhuc in cunis Bohemi Regni coronam à Patre: Imperij inſignia, decimum quintum agens annum, à Septemviris accepit. Vix illo corruptior, vix illo crudelior; adeò verum eſt: effrenes amores, & ſævitiam ſimili æſtu fervêre, eoſdémque eſſe Nerones, quos ſinè diſcrimine furor agit in cædes, & amor in ſtupra: eoſdem Antonios qui inter cænam proſcriptiones dictant, & pellici poſtponunt imperia. In omnem turpitudinem abjectus lectiſſimæ Conjugis monita non tulit, Sacerdotémq; ſanctiſſimum in Moldavam projecit, quia maluerat Sacramentum ſervare, quàm ea aperire, quæ à Regina, animum expiante, acceperat. Jam,

ſævitiæ mancipium, lateri affixum carnificem ſemper habebat, nunquam lætior, quàm cùm Civium, Procerúmque ſanguine fœdum compatrem ſuum (ſic carnificem appellabat) intueretur. At neque Germani, neque Bohemi diu tantum dedecus tulerunt. Illi quidem, Pontifice Romano annuente, Imperium inepto abrogârunt; hi nefarium carcere damnârunt, à quo tamen bis erupit, ingenti Reipub: damno. Monſtroſo ſub Principe, monſtra duo apparuêre. Germania Bombardas, militaris virtutis, corporúmque exitium edidit. Bohemia Joannem Huſſum, Religionis labem, & animorum perniciem tulit. Hic, erroris Magiſter, contractum ex Wiclefi inſania venenum in Bohemorum animos effudit. Hoc verò, ut reliqua, negligente Wenceslao, tanta peſtis incrementa fecit, ut vix poſtea Ferdinandi II. Cæſaris pietas malo mederetur. Exceſſit neglectæ Religionis documentum, apoplexiâ tactus, à Deo, & Rege deficientibus Huſſitis.



Bb 3 SI-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



SIGISMUNDUS
IMPERATOR
BOEMORUM REX XI.


TErram alij curent, Regnorum & jura; Tueri
Te cœlum, & Superûm cælica jura decet.
Bello iterum cælum tentat terra impia proles.
In ſcelera hæc, fulmen tu, Jove major, age.
In cineres abeant peſtes. Licet obſtrepat Anſer;
Fas tamen eſt hydras igne perire novas.

SIgiſmundus, Caroli IV. ex Eliſabetha Filius, poſt Wenceslaum Regnum cepit, digniſſimus, qui in longè alia tempora incideret, quàm in ea, quibus ſceleri licere omnia damnata Huſſitarum ſuperſtitio volebat. Puer adhuc à Parente Marchiâ Brandeburgicâ donatus eſt, & à Ludovico, ſocero, Pannoniæ Regnum dotale, cum Maria Uxore accepit. Imperium ipſe ſibi dedit, inſolito ad eam diem ſuffragio; Rogatus enim in Comitijs, quem digniſſimum Imperio cenſeret, ſe ipſum nominavit, cæteris non diſſentientibus. Ardebat inteſtinis Huſſitarum in Catholicos odijs, eo tempore, Bohemia, & pulcherrimum Regnum, ſuis præcipuè manibus, miſerandum in modum lacerabatur. Nullum monſtrum æquè humanum ſanguinem ſitit, ac hæreſis. Sigiſmundus tentavit plurima, ut

à ruina

Digitized by Google

â ruina Regnum contineret, ſed nec blanditijs, nec minis deplorata ingenia ſanavit. Bella meliore cauſâ egit, quàm fortunâ. Ad Nicopolim cum Bajazeto confligens, fugientibus vano terrore Hungaris, victus: à Ziſca Huſſitarum Duce ſæpius fugatus eſt. Cæterùm, pius in paucis, inſigne in Chriſtianum orbem contulit beneficium. Univerſam ferè Europam peragravit, ut Chriſtianæ Reipub: Patres Conſtantiam adduceret. Quo in Concilio peſtiferum ſublatum eſt ſchiſma, Martino V. communi omnium conſenſu, Pontifice creato. Eodem Patrum conventu, juſſi de Hæreſi cauſam dicere Joannes Hus, & Hieronymus Pragenſis, in errore pertinaces igne damnati perierunt. Non diſſimilem operam Baſileenſi conventui præſtabat Sigiſmundus; ſed Philippi Vice comitis fraude, corruptos Patres in Pontificem laſcivire cùm audiſſet, antequam conventus ille monſtrum pareret, ab ejus tutela deſtitit, inſigni laude pietatis. Exceſſit, ſumma cum fama liberalitatis, adverſus omnes, eóſque inprimis, quos & pietas, & ſapientia exemiſſet â vulgo.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google


ALBERTUS
IMPERATOR
BOEMORUM REX XII.

Huic lacrymas debes, longóſque Bohemia fletus,
Vix tibi conceſſum, quem rapit atra dies.
Hic poterat miſeris Regnum diſſolvere curis,
Relligio poterat quo rediiſſe Duce.
Sed Superis aliter viſum. Stant ordine fata,
Atque ſuo properat tempore adeſſe ſalus.

BOhemorum Procerum ſuffragia, & ſuprema Sigiſmundi Cæſaris voluntas Albertum, Generum, Auſtriæ Ducem, Bohemiæ præficiunt. Virtutem ambiunt honores, quos illa ſeipsâ contenta negligit, ſinè jactura. Breviſſimo tempore ab Alberti virtute Hungariæ, Bohemiæ, & Imperij coronæ decus acceperunt. E cælo delapſus ad erigendam collapſam in Bohemia Religionem hic videbatur, & boni omnes ſpei ſuæ ſecuritatem in hoc ſitam eſſe arbitrabantur: ſed caducum eſt, quidquid humanitati, ſuo pondere in caſum properanti innititur. Vix ſecundum egerat in corona annum, & moriens Bohemiæ felicitatem abrupit, quam ſapientiſſima moderatione inchoaverat. Regni poſſeſſionem cùm adiret, Huſſiticæ factionis conſilia infregit, & Taboritarum animos, præteritis ſub

Ziſca victorijs, elatos, virtutis opinione veriùs, quàm militum robore, proſtravit. Principis optimi mortem funeſtus cometa præceſſit, eandémque Sol ipſe atratus in Eclipſi vel ſignificavit, vel deploravit.

Digitized by Google




ROMA
VITT. EMANUELE
Digitized by Google

LADISLAUS
BOEMORUM REX XIII.

Cæſaries Juveni Regi micat aurea. Morti
Proximus, abſcindi fila decora jubet.
Incipe mæſta tuos lacerare Bohemia crines,
Quæ gemis ad clari clara ſepulchra Ducis.
Scinde comam. Hoc poſcit Regis coma ſciſſa tributum,
Hoc dolor, è tanto funere natus, amat.

ALberto Poſthumus, ex Eliſabetha, Sigiſmundi Cæſaris Filia, naſcitur Ladislaus, Paternarum virtutum imago abſolutiſſima. Quartum agebat in cunis menſem, cùm Hungariæ coronam accepit, urgente matre dignitatem filij; adeò moræ omnis impatiens amor eſt. Bohemiæ Regnum, eâ ætate, accepit, quâ virtutis præmium, non fortunæ munus, potuit corona videri. Liberalitatis ſtudium, ſuprà quàm ætas caperet, in illo emicuit. Sexennis, militi cicatrices oſtentanti, & defenſæ à Turcarum impetu Hungariæ præmium expoſcenti, paucos, quos à Friderici, Tutoris famulo nummos extorſit, illico dedit; addens Tutoris in poteſtate poſitum dare quod poſſet, non quod vellet. Liberalitas animi virtus eſt, nec tenuitate muneris imminuitur. Veræ Religionis acerrimus defenſor adduci nunquam potuit, ut hæreticæ ſuperſtitionis miniſtros ſereno vultu aſpiceret. Res ſecun-

ſecundæ tantam Religionem exceperunt. Illo Hungariæ Rege, compreſſus eſt ad Taurunum Turcarum impetus, qui Mahometo Duce, expugnata Conſtantinopoli, univerſam jam Europam ſpe devoraverant. Septimum ſupra decimum agebat Ladislaus annum, cùm de tradenda illi in matrimonium Margareta, Caroli Galliarum Regis filia, actum eſt. Irrita cecidêre omnia, repentinâ ferè morte, adoleſcente Rege ſublato, nec ſine ſuſpicione veneni, quod hæretici propinâſſent. Nihil in illo ad Regiam dignitatem defuit, nè corporis quidem elegantia. Comam auream planè habuit: moriturus amputari juſſit, nè fulgor ille animum excæcaret. Ultima ejus vox ſemper laudabitur. Podiebradio, Regni Gubernatori, Regnum cùm commendaret; extremum, inquit, hoc in me beneficium confer Georgi. Æquus in omnes, viduas, ac pupillos tuere. Ego ſic vixi, ut cælum mihi negandum non putem. Tu cave, à meis veſtigijs nè deflectas. Hæc ipſe. Hominibus inflicta pœna hæc eſt, ut nihil præclarum diu apud illos maneat.



Dd GEOR-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

GEORGIUS
PODIEBRADIUS
BOEMORUM REX XIV.

O Miſeras hominum pœnas, ô damna. Bonorum
Nulla diu terris vena benigna fluit.
Excedit Juvenis ſolio Rex optimus; Hujus,
Ut tractet Regni ſceptra, nefanda manus.
Heu dolor. Ut ſpinis creſcat Paliurus acutis,
Candida funeſtus lilia turbo metit.

NUnquam plures, aut præſtantiores Bohemiæ Regnum candidatos vidit, quàm Ladiſlao mortuo. Nè externo alicui ſuam deberet incolumitatem Bohemia, domeſtico propemodum perdenda commiſſa eſt. Georgius Podiebradius, ex Bohemis Proceribus Regnum tulit. Huſſitarum veneno infectus, coronam legitimè accepiſſe ut videretur, populóſque ad Sacramentum adigeret, peſtiferum dogma, quod corde fovebat, ore execratus eſt, ſéque Romanæ Religionis fore Tutorem, ac Vindicem jure jurando ſpopondit. His artibus deceptus, cùm in illius electionem Romanus Pontifex conſenſiſſet, homo, ſimulandi, ac diſſimulandi faber egregius, perſonam depoſuit, & ingratus, ac perjurus Romanam fidem oppugnavit, quam, Regni ut potiretur, implora-

Digitized by Google

verat. Sæpe à Pontifice Maximo fruſtra de officio monitus, quem Patrem contempſit, judicem paſſus eſt. Paulus II. ſolenni inuſtâ notâ Regnum hæretico abrogavit. Perpetuis, hoc Principe, bellis Bohemia attrita eſt. Sileſia, Moravia, Luſatia, Bohemiæque Civitates nonnullæ hæreticum Regem non patiebantur. Matthias Hungarorum Rex Pontificis ſententiam armis propugnabat. Nec mitiùs egiſſent in tranſugam Germani Principes, niſi ille, peſſimis artibus, eorum vires fregiſſet. Seditiones, ac diſcordias inter ſuſpectos ſibi Dynaſtas excitavit, & alienâ ruinâ proſpexit incolumitati ſuæ. Chriſtianam in Bohemia fidem ferè oppreſſit, & tamen, tanquam Religionis Aſſertori, in Tainenſi templo Huſſitæ ſtatuam Pragæ Georgio dedicârunt. Nunquam deſunt, quos ſtultitiæ faviſſe delectat. Stetit dedecus illud ad Annum M. DC. XXVII. quo tandem, ex ſenatus conſulto, ſacrilegi hominis dejectâ ſtatuâ, eodem loco Ferdinandi II. Religione in Bohemia reſtitutâ ſemper prædicandi, ſimulacrum cœpimus venerari.



 WLA-

[library stamp]

WLADISLAUS IV.
BOEMORUM REX XV.

O Placidi Regis Mores, ô larga bonorum
Dextera, & ô cæci neſcia corda doli.
Huic terram rexêre pares, cùm candida virtus
Incoleret, vitio non prohibente, ſolum.
Reddiderat terris cælum ſecla aurea, Regi,
Vidiſſet cives, ſi probitate pares.

WLadislaum, Caſimiri Regis Filium, Polonia Bohemis, & Hungaris Regem dedit. Vir utroque digniſſimus Regno, neutrum ſinè adverſario obtinuit. De Bohemiæ corona, cum Matthia Hunniade, cui deinde in Hungaria ſucceſſit: de Hungariæ ſceptro, cum Alberto Fratre, licet invitus decertavit. Ea die, qua cum fratre confligendum fuit, Petrum Sternbergium, Bohemi exercitus Imperatorem allocutus. Fac, inquit, memineris, in adversâ acie fratrem meum militare. Nefas eſt fratri nocere, vel malo; & erumpentibus jam lacrymis exceſſit è caſtris. Regni æmulis ſublatis, in Reipub: bonum plura conatus eſt, quàm perfecit. Bis ſenatum Pragæ creavit, bis Huſſiticæ plebis inſaniâ dejectum, conciſúmque. Animadvertiſſet in ſeditioſos graviùs, nisì impar jam hæreticorum viribus, periculoſum cenſuiſſet, Regno oſtendere, quanto plures eſſent mali, quàm boni.

boni. Quod unum in tanta calamitate ſupererat; populi ſcelera, aſſiduis lacrymis, deteſtabatur. Nullum fraus, nullum aperta vis crimen habet, quod optimi Regis in parricidium vel veneno, vel armis hæreſis non tractaverit, irrito tamen eventu; nè ſibi omnia licere impietas gloriaretur. Rex pro Religione in Bohemia diſcrimina dum ſubit, pro Rege in Hungaria pugnavit Deus. Ab Hungaris, tam felicibus auſpicijs, contra Turcas, Boſniam deprædantes, inita eſt pugna, ut nè primum quidem impetum barbari ſuſtinuerint. Ætate jam gravi, Anno, à Regno acceptò, quinto, & quadrageſimo Wladislaus exceſſit. Rigidiores cenſores donandi facilitatem, ex qua poſtea ipſe coactus eſt egêre, in Wladislao accuſant. Arguenda prodigalitas: acriùs; niſi affinis eſſet liberalitati, & dies illa Regi periret, quæ ſine beneficio in cives decurrit.



Ee LU-

Digitized by Google

LUDOVICUS
BOEMORUM REX XVI.

PArce pio vaga lympha Duci. Cui parceret hoſtis,
Heu Dominum perdet ſubdita lympha ſuum?
Hungariæ hunc Juvenem ſerva. Nova ſerta quotannis,
Iſter, ſervato munera Rege feres.
Me miſerum! Regem perimit, dum ſupplico. In æquor
Irrita, cum celeri, vota feruntur, aqua.

BOhemiæ, & Hungariæ Coronam, Rei paternæ hæres, poſt Wladislaum Ludovicus accepit. Vigeſimo anno; hoc eſt, in ætatis flore extinctus, eò majus deſiderium ſui reliquit, quò matura ætate majorem indoles proventum pollicebatur. Erupit ſub hæc tempora, virulenta Chriſtianæ Reipub: peſtis, Lutherus. Ludovicus penè puer, tuendæ Religionis ſupra ætatem ſtudioſus, edicto cavit, nè quid in ſubditis ſibi Regnis de Religione mutaretur. Pia adoleſcentis conſtantia damnavit impiam levitatem Chriſterni Regis Daniæ, qui primus Regum Lutherum ſecutus, tribus ſubinde Regnis exutus à ſuis, documentum cæteris Regibus eſſe debuit. Sera jam querela eſt, Chriſtianorum diſcordijs, & negligentiâ Turcarum Imperium creviſſe, noſtrúmque otium illis fuiſſe negotioſum. Solenni pompa agebantur Budæ Ludovici cum Maria, Maximiliani I. Cæſaris filia, nuptiæ; cùm ja-

cturam vel ferentibus, vel non videntibus Hungaris, Turcæ Belgradum, tutelam, ac propugnaculum Hungariæ expugnârunt ferè priùs, quàm oppugnarent. Adoleſcebat cum ætate Ludovici indoles, jámque digna nón admiratione tantùm, ſed etiam amore à barbaris ipſis habebatur. Solimannus, Turcarum Imperator, ſecundam in Hungariam expeditionem ſuſcipiens edixit ſuis, nè quis prælientem in acie Ludovicum læderet, nè tanta virtus acerba periret. Cui hoſtis parcere decreverat, undà non pepercit. Profligatis à Turca Hungaris, dum Danubium traijcere conatur, undarum impetu abreptus, ac demerſus occubuit. Tria in Ludovico prodigij loco habita. Natus Epidermide caruit: penè puer barbam emiſit: canitiem decimo octavo ætatis anno contraxit.

Digitized by Google



Fe 3 FER.

Digitized by Google



FERDINANDUS I.
IMPERATOR
BOEMORUM REX XVII.

Nympha, Czechiades Nympha, quas Moldava in un-
Nutrit, & Hercynijs educat umbra jugis. (dis
Hoc niveis læta nomen ſignate lapillis,
Hoc tenero inſcriptum cortice truncus alat.
Neſcio, quid tanto latitat ſub nomine. Ab iſto
Nomine, quæ ſperet, multa Bohemus habet.
Hoc gemma, hoc arbor ſignetur nomine. Quamquam
Hoc magis inſcribi nomine corda decet.

Ferdinandus I. ex Philippi, Caſtellæ Regis, & Joannæ lectiſſimo conjugio, x. Martij, M. D. III. Medinæ in Hiſpania natus, Ludovici morte, cujus ſororem Annam duxerat, ad Bohemiæ coronam pervenit. Eodem tempore, ab Hungaris Rex dictus, adverſarium habuit Joannem Waivodam. Romano Imperio à Septemviris jam pridem deſtinatus, Carolo V. Fratre, rerum humanarum pertæſo, pro Auguſto gerere ſe cœpit, Anno M. D. LVIII. Vir digniſſimus, cujus moderatione gloriarentur populi, nec Imperium, nec Regna habuit tranquilla. Waivoda, Ferdinandi armis Hungariâ exturbatus, Solimanni Turcarum Imperatoris opem imploravit, maluítque à Barbaro, & Chriſtiani nominis hoſte Regnum ſupplex petere, quàm Regni cupiditatem abijcere; adeò placet vel turpiter præeſſe.

Hinc

Digitized by Google

Hinc cruenta Ferdinandum inter, & Solimannum venêre prælia, innumerâ, ex utraq; parte hominum multitudine cæsâ, direptâ, oppreſsâq; Hungariâ, deteſtanda. Per idem tempus Friderici Saxonis Electoris fraude, à legitimo Rege receſsêre Bohemi. Verùm à Carolo V. ad Locheranam ſilvam, victo, captóq; Saxone, facilè ad officium contumaces redegit Ferdinandus. Itaq; Pragam victor ingreſſus, ſat habuit, rebellionis capita obtruncare, Urbémq; notare, æneis dejectis globis, qui turrium apices, in Teinenſi Templo, exornabant. Hoc eodem Cæſare, graves in Imperio aluêre turbas Lutherani, hoc pernicioſiores hoſtes, quò callidiores ſtylo non minùs animos, quàm gladio corpora petebant. Providus Princeps & gladium gladio & ſtylum ſtylo oppoſuit: quos cum transfugis in Sapientiæ prælium committeret, Societ: Jesu Presbyteros perbenevolè in Germaniam, Bohemiámq; advocavit. Cæſareâ demum Regiâq; poteſtate in Chriſtianæ Reip: bonum ſemper uſus, nè Cæſaris quidem, aut Regis nomine abuti voluit. Mortem præſagiens edixit, nè quis ab eâ illum horâ, alio, quàm Ferdinandi titulo compellaret. Poterat Cæsaris, ac Regis nomen negligere, qui virtute ſuâ effecerat, ut Ferdinandi nomen glorioſiùs uſurparetur, quàm Cæſaris. Obijt ſexageſimo primo ætatis anno, pulcherrimâ relictâ prole, in quâ duodecimus numeratur Carolus, pietatis, ac fortitudinis laude clariſſimus, pro quo nihil non debet Ferdinando I. Bohemia, cùm ex illo Ferdinandum II. hoc eſt felicitatem ſuam acceperit.



Ff MA-

Digitized by Google

MAXIMILIANUS II. IMPERATOR BOEMORUM REX XVIII.

Hinc procul ira, tumor, morum inclementia: durum
Siquid erit, facilis Principis odit amor.
Ut placidus fluit ore ſonus? dulciſſima labris
Anne tuis Mater mella paravit apis?
Omnia mitis agis placidè. Hunc ego ſuſpicor unum,
Nempe hominem, rigidæ nil habuiſſe feræ.

DEmortui Ferdinandi locum Maximilianus Filius adivit. Vir, qui humanitatis laudem optaret, adverſus omnes mirè ſuavis, ac mitis. Præerat eâ tempeſtate, ſummâ cum authoritate, ſacris Pius V. Religionis vindex acerrimus, & illata ad Naupactum Turcis clade memorabilis. Hujus hortatu, ac ope Solimanno Hungariæ imminenti oppoſuit arma Maximilianus. Et anno quidem M. D. LXV. Duce Lazaro Schvendio, æquè armorum, ac litterarum perito, feliciter à Cæſarianis pugnatum eſt. Sequenti anno cunctanter barbaris obviam itum. Itaque Sigetum naturâ, & manu munitiſſimum, inſigni Serini Comitis virtute diu defenſum, tandem expugnatum ab hoſtibus eſt XXIII. Septembris, eâ ipsâ die, quâ annos ante octodecim, Maximilianus Mariam Caroli V. Auguſti Fi-

Digitized by Google

liam duxit, ex qua copioſam, magnique nominis prolem reliquit. Interea Religionis transfugæ audaciſſimi, qui per Hungariæ ruinas ſuam erigi poſſe ſuperſtitionem ſperarent, ad nova circa Religionem ſtatuenda Cæſarem urgebant. Ea præ cæteris Reip: periculoſa ſunt tempora, quibus hoſtili impetu preſſus Princeps, ſubditorum populorum cogitur opem implorare. Tunc ea extorquentur, quæ dari nunquam deberent. Peſtiferum hæreticorum gaudium Pij Pontificis authoritas turbavit. Ille à nefarijs conſilijs Cæſarem vel abſterruit, vel reduxit. Poſt hæc, diviſis ſuffragijs, à Polonis duo in Regnum vocabantur, Maximilianus Cæſar, & Stephanus Tranſſilvaniæ Princeps. Sed Auſtriaco cunctante, Tranſilvanus celeritate Regnum obtinuit. Subinde Cæſar Principum conventum Ratisbonæ egit. In ea urbe extinctus, Rodulphum Filium in Imperio ſucceſſorem, ut regnorum habuit hæredem. Demortui cadaver Pragam allatum, ſolenni luctu marmoreo Mauſoleo in ſumma æde illatum eſt. Timidior in perſtringendis Hæreticis habitus eſt Maximilianus: Sed fortè tempora vix minas ferebant; nec prudenter extrema primo loco tentantur.



BIBLIOTECA NA... EMANUE...

Digitized by Google

RODULPHUS II.
IMPERATOR
BOEMORUM REX XIX.

Auſpicijs accede bonis, Aquiliſque ſecundis
Czechiadum, Princeps, Regia ſceptra cape.
Te Praga antiquæ referet miracula Romæ
Principe, & inveniet orbis in Urbe locum.
Quos oriens, moriénſque polo Sol deſpicit, una
Excipiet vaſto Praga ſuperba ſinu.
Imperio natura parem Te condidit orbis:
Quem flectas Praga ſubditus orbis erit.

FOrtunæ ſuæ parem hunc natura effinxerat. Æquiſſimis viribus paternorum Regnorum, ac Imperij pondus ſubivit. Donec voluptati adverſatus eſt, nulli Imperatorum ſecundus. Principatûs initio Belgicos tumultus meliore conſilio, quàm eventu componere tentavit. Gebardum, Colonienſem Antiſtitem, deſertâ Religione infamem, Septemvirorum Collegio ejectum proſcripſit. Cum Amuratho, Turcarum Tyranno, fœdus percuſſit. Barbari fidem præſtant, cùm neceſſitas cogit, parati frangere, quoties ſceleris pœnam non timent; Vix aliâs graviora Hungariæ bella intulêre Turcæ, quàm hac tempeſtate. Itaque magnis prælijs decertatum eſt, & à Cæſarianis qui-

dem

dem feliciùs; quandoquidem eò ventum eſt, ut non tam barbaris damna inferre, quàm ab illis illata imminuere Chriſtianorum felicitas credatur. Ergo ad Slunum Croatiæ oppidum acie victis, iterum in Rixienſi agro cæſis, demum ad Siſacum, quod ſumma vi oppugnabant, turpiter fugatis, ingentíq; clade attritis barbaris, Strigonia, Vicegradum, Javarinum, eodêmque victoriæ curſu, oppida in Hungaria permulta in ditionem Cæſaris redacta ſunt. Nunquam ante Rodulphum florentior Bohemiæ ſtatus. Praga orbis compendium cenſeri poterat, confluentibus undique incolis, non tam mercimoniorum lucro, quàm Majeſtate Principis, aulæque ſplendore invitatis. Floruêre eâdem in Urbe per id temporis Mathematicæ diſciplinæ, in erudito illo pulvere ipſo Cæſare deſudante, laudabiliùs, ſi parciùs. Princeps, cui nec in rebus bellicis felicitas, nec in pacatis magnificentia defuit, longioris Imperij pertæſus obijt, Anno quàm imperare cœperat XXXVI. Moriens teſtatus fertur, Principatus ſui laudabiliora fuiſſe prima, quàm extrema.


MATTHIAS
IMPERATOR
BOEMORUM REX XX.

MATTHIAS
IMPERATOR
BOEMORUM REX XX.

HUnc etiam Auſtriacis adſcribe, Bohemia, Regem;
Fœcunda in Reges eſt Domus illa tuos.
Hic quoque par Regno eſt, Generiſque ſimillimus æquat
Majorum titulos; Cæſareùmque decus.
Tu cave, nè hoc regnum turbetur Principe, motis
Fluctibus, aut patriam cæca procella petat.
Ah quoties vidi, ſalvo rectore, relictam
Oceano prædam, turbinibúſque ratem!

VIxerat Rodulphus; cùm Francofurti, habitis Comitijs, tertio Id. Jul: M. DC. XII. Septemviri Imperij Coronam Matthiæ, Rodulphi Fratri, detulerunt, cui vivens Rodulphus Hungariæ, & Bohemiæ Sceptrum detulerat. Nemo laudabiliùs ad Sceptrum vocatur, quàm qui laboribus promeruit advocari. Ductis in Turcam copijs, Regíſque in poteſtatem Novogrado reducto, Imperij coronam viſus eſt promeruiſſe Matthias, antequam acciperet. Rerum potitus, pacatam potiùs laudem, quàm bellicam amavit. Nullum tamen illius facinus, aut magìs Reipub: ſalutare, aut ad famæ ſplendorem illuſtrius, ſucceſſoris adoptione. Deceſſurus ſine prole, ſapientiſſimorum Impera-

Digitized by Google

peratorum exemplo, Ferdinandum II. Patruelem laudatiſſimum, adoptavit in Filium, Paternorúmq; Regnorum hæredem, à quo ea in Chriſtianum orbem univerſum manârunt beneficia, ut qui Matthiæ Ferdinandum debemus, eidem incolumitatem, ac felicitatem orbis debeamus. Sex omnino rexeratBohemiam annos, cùm perditorum quorundam inſaniâ, nec non multorum errore, excitata ea tempeſtas eſt, quæ plurimas Provincias in rebellionem, veluti ſcopulum adegit. Primus procellæ impetus Bohemiam concuſſit. Itaq; M. DC. XVIII. x. Kal: Junij, ex Regni Gubernatoribus alijs proſcriptis, alijs ex aulæ feneſtris in præruptum ſolum dejectis, à conjuratis Proceribus ad libertatem populus eſt vocatus, majore audaciâ, quàm conſilio. Qui præcipites acti fuerunt, ex tantâ ruinâ incolumes, viſi ſunt primi ſignificâſſe, fore, ut Auſtriaca familia ex procella hac, non modò incolumis, ſed auctis viribus valentior emicaret. Matthias integrum ferè annum cum Rebellibus, vario eventu, luctatus, è vivis Viennæ decedens, agitatæ navis gubernaculum Ferdinando II. reliquit, cujus feliciſſima pietas de funeſtiſſima procella triumphavit.



BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

FERDINANDUS II.
IMPERATOR
BOEMORUM REX XXI.

Huic lauros nutrit tellus, huic militat æther:
Hujus ad arbitrium Mars ferus arma regit.
Huic longos optate dies. Hic Hercule major
Germanas hydras, turpia monſtra, premet.
Nec Palmæ hîc languent. Othomannæ cornua Lunæ
Franget, & Imperium ſolus utrumque reget.
Auguror; & Pietas hoc ſpondet Cæſaris. Unâ
Nata eſt impietas à pietate premi.

FErdinandus II. divinæ mentis conſilio, Orbis ſaluti & felicitati deſtinatus, naſcitur Græcij in Styria IX. Julij, M. D. LXXVIII. ex Carolo Archiduce Auſtriæ, & Mariâ, Alberti Bavariæ Ducis Filiâ, Conjugibus pijſſimis. Prima ætate, ejus jecit fundamenta pietatis, quæ tantam illi fortunam ſtruxit, quantam inter Germanos Cæſares nemo ante ipſum auſus eſt ſperare, poſt ipſum omnes ſuſpicient. Adoleſcens, Paternarum Provinciarum hæres relictus, Lauretanam in Piceno ſacram ædem, Religionis ſtudio adivit. Ibi, Numinis Magiſterio edoctus, ſuam omnem operam in revocandis ab hæreſi ſubditis populis ſanctè vovit. Damnatis exilio nefariæ ſuperſtitionis Miniſtris, rem feli-

citer

citer peregit. Sub hæc Venetorum in Foro Julij infeſta arma repulit. Ultimis Matthiæ Cæſaris temporibus, excitati ab Hæreticis Rebellionis motus, Hoc Imperium adeunte, planè in impudentiam eruperunt. Bohemi Fridericum, Comitem Palatinum Rheni, advocatum, Pragæ Regem acclamârunt: Hungari, Tranſilvaniæ Principem, Gabrielem Bethlemium Paſſonij Regem dixerunt: Reliquæ ferè omnes hæreditario jure Ferdinando ſubditæ Provinciæ ceciderunt à fide. Mitiſſimus Princeps, nè perdere cogeretur Cives, conatus eſt omnia: ut â civili ſanguine temperaret, penè oblitus eſt potentiam ſuam. Vicit tandem clementiæ conſtantiam pertinacia ſceleris. Illata ſunt utrinq; ſigna, & præſenti Numinis ope, debellatis Rebellibus, honeſta Cæſaris cauſa triumphavit. Nè malo exemplo diſceret quiſpiam Reges contemnere, exigendæ poſt victoriam de victis pœnæ fuerunt. Hoc verò Victoris clementiæ tam grave accidit, ut ferè viciſſe diſpliceret. Fridericus primarum in funeſtiſſima Tragœdia partium, qui alienum ſolium invaſerat, ſuo inſuper exturbatus, & Comitatu & jure ſuffragij ad Cæſarem creandum exutus eſt, Septemviri dignitate in Bavariæ Ducem Maximilianum translatâ, cujus ductu feliciter in Albo monte pugnatum fuerat, & recepta Praga: Ex reliquis conjuratis, multi carnifici collum dedêre: multi bonis fiſco addictis, proſcripti ſunt. Verùm numerum nocentũ ſi ſubducas, plures Cæ-

ſaris

ſaris clementia ſervavit, quàm ſuſtulit Juſtitia. Nemo damnatus eſt, niſi pertinax in injuria: periere, qui noluerunt Ferdinando vitam debere. Qui petijt, impetravit veniam, & quidem ſtatim poſt victoriam, quando iram acuit fortuna. Subinde cùm redijſſent ad fidem hæreditariæ Provinciæ, Daniæ Rex, aliique Principes, vel reſtituendi Palatini ſtudio, ut ipſi ferunt, vel nocendi libidine, ut interpretantur alij, arma Ferdinando intulerunt. Novas Cæſari peperere palmas, qui antiquas venerant extirpatum. Duo in Cæſarianis hiſce bellis planè miranda. Quoties collata fuerunt ſigna, toties Cæſar vicit. Hinc vox illa Cæſariani militis pugnas numerantis per victorias: Ferdinandi auſpicijs militanti nefas eſſe, de triumphò dubitare. Alterum illuſtrius. Cæſarianis armis ſalus victis, non exitium procreabatur. Ubicunque Ferdinandus vicit, de profligata hæreſi, illico in devictarum Gentium animis vera triumphavit Religio. Hæreſim, quam naſcentem adhuc Caroli V. arma opprimere nequiverunt, adultam jam Ferdinandi tela in Germania oppreſſerunt. Nemo unquã pugnavit feliciùs, nemo vicit ſalubriùs. Bellicæ laudi par reſpondit pacis artibus comparata gloria. Propriam Principum virtutem, Liberalitatem ſic coluit, ut pecuniam infra omnia haberet. Ex tot conjuratorum ad Regium fiſcum devolutis divitijs, Rex nihil accepit, erogatis omnibus in Catholicæ augmentum Religionis. Sapientiam Sapien-

 tiſſi-

tiſſimus ipſe in delicijs habuit, nec paſſus eſt aut Muſis Gymnaſia deeſſe, aut Gymnaſijs adoleſcentes, illis regiâ magnificentiâ ubique ædes dicavit: horum ephebea quàm plurima ad commoditatem omnem & dignitatem fundavit. Religione præſtantium virorum familias in reſtituenda collapſa pietate laborantes complexus eſt omnes, & fovit peramanter. Eo in numero, innumeris devincta Ferdinando beneficijs, Societas Jesu, à tanto Imperatore ſe poſitam, ac habitam gloriatur. A Ferdinando præclarè geſta referre ſi velim, geſta omnia referre neceſſe habeo. Nihil ab illo non geſtum præclariſſimè. Pauciſſimis plurima complectar. Ferdinandus Cæſar, Chriſtiani Imperatoris imago erat, in quâ ſi quid aliquis deſideret, illud non Ferdinando, ſed humanitati defuiſſe fateatur.



Digitized by Google

Digitized by Google

FERDINANDUS III.
IMPERATOR
BOEMORUM REX XXII.

Aurigeris redimita comis cum Pace venuſtas
Ad Fernandæas conſtitit aucta genas.
Conſtitit, & placidâ tenerum depinxit Olivâ,
Quâ creſcente ſuus creſcat, ut arbor, Honos.
Juſtitiâ Pietas, & Lauro crevit Oliva;
Tam fauſto patrios omine ſevit agros!
Fortunata Tuo Germania Principe! bello
Auxiliante tibi; Pace favente tibi.

FErdinandus III. Ferdinandi Secundi Cæſaris, & Mariæ Annæ, Guilielmi Bavariæ Ducis Filiæ, lectiſſimorum Conjugum, Filius, Græcij in Styria M. DC. VIII. natus, pulcherrimâ paternarum virtutum imitatione promeritam Hungariæ coronam, octavâ Decembris M. DC. XXV., Bohemiæ verò ſceptrum ſeptimo Kalend. Decemb: M. DC. XXVII. cœpit exornare. Literas, quas deinde in Regnum induxit triumphales, puer adhuc ſplendido teneri pectoris excepit hoſpitio. Eloquentiam Rege digniſſimam, & verborum ſvavitate blandam, & rerum pondere gravem comparavit, quâ non minùs animos, quàm corpora regeret. Naturæ arcana Philoſophando ſubtiliùs inquiſivit: felicia

enim noverat eſſe regna, quorum Reges philoſophantur. Mathematicis diſciplinis, Principi vel honorificis, vel neceſſarijs apprimè imbutus, orbis, quem recturus erat, combibit notitiam, & in Geometriæ lineis victoriarum amplitudini præluſit. Juriſprudentiam eam fuit aſſecutus, quâ & Cæſarum Leges ſanctè interpretari, & novas ipſe Cæſar ſancire poſſet utiliter. Uno Verbo: Platonis votum implevit, & Comite Sapientiâ ivit ad ſolium: imò eadem Duce ivit in hoſtem. Datus à Cæſare Patre Dux exercitui, eodem, quo Sveci Saxoneſq; Pragâ depulſi ſunt, die, illuſtri Regiæ fortunæ exemplo, Ratisbonam eripuit hoſtibus. Pòſt Nordlingam obſidione cingens, eâ Svecos clade affecit, quâ nocentiorem aliàs accepere nunquam. Sic partâ victoriâ, unius æſtatis labore, totam penè Germaniam in fidem Cæſaris, & ſuorum triumphorum meſſem pertraxit. Abiere Clementiæ præcones, qui Victoris in manus non ſine mortis formidine venerant. Ità in beneficij partem cedebat, victum eſſe à Ferdinando, qui geminâ, tam veniæ, quàm belli, laureâ domabat hoſtes; quos, ut victis parceret, vincebat. Debitam tantis virtutibus Regis Romanorũ dignitatem, concordi omnium ſuffragio, Anno M. DC. XXXVI. indeptus Ratiſbonæ, publicum pauld pòſt, ex Auguſtiſſimi Patris funere, dolorem abſterſit, quòd Succeſſor Parentis Filius, non modò ditionum, ſed virtutum

etiam

etiam Hæres, oneri, curiſque Imperij pares humeros adferret. Omnis ars imperandi ei fuit Pietas, & Religio: PIETATE ET JUSTITIA, velut geminis trutinæ lancibus, DEI hominúmque cauſas ponderavit. Orthodoxam erga DEUM Religionem, quam ſuis in terris unicè exoptavit, & auctam intellexit cum gaudio, in Indiarum etiam ac Sinarum Regnis promovere, miſſis muneribus, curavit. Pietati Auſtriacæ unus non ſufficit orbis. Comiter gravis, & Imperatoriæ Majeſtati humanitatem privatam, & felicitati in cohoneſtanda virtute, ſeveritatem in ſcelere vindicando pulcherrimè adjunxit. Titi, ac Ælij Adriani gloriam in munificentia æmulatus, nullam ſinè beneficio diem tranſmiſit; ægrè paſſus à ſe quidquam peti, obvia benignitate preces antevertere geſtijt: nec ſibi ſupplices accidere ſuſtinuit; quòd ſe non aures in pedibus cum Ariſtippo, ſed in corde geſtare diceret. Cùm graviſſimi hoſtes Imperio, Regnis, & Provincijs Ferdinandi graſſarentur, ſæpe fauſta, ſæpe infauſta tulit belli alea. Eluxit hæc inter invictũ robur animi, quem extra teli jactũ poſuerat, nec paſſus eſt aut ſecundis efferri, aut adverſis proſterni. Sol idem eſt, & cùm nube tegitur, & cùm ſerenus irradiat. Unum ad felicitatis compendium deeſſe videbatur, ut qui Sapientiâ Chriſtiani orbis erat Salomon, etiam Pacificus audiret. Hoc potuit Imperator optimus, ut Pacem rerum optimam orbi redde-

redderet. Hoc meruit Pius, qui inflicta Patriæ vulnera Pacis olivâ ſanare maluit, quàm victricibus Palmis coronari. Hoc Juſtitiæ Ferdinandi debebatur, ùt amicum à Pace ferret oſculum. Cùm ſic Germaniæ reddidiſſet Germaniam, Regnis omnibus cum Pace felicitatem, geminos Bohemiæ Reges, exoptatam Univerſitati Pragenſi Unionem: animam DEO reddidit, nonóque & quadrageſimo ætatis anno abijt in Pace ad Jubilæum.

Digitized by Google



Ii FER-

FERDINANDUS IV.
BOEMORUM REX XXIII.

FLorida vernantes ætas numeraverat annos;
Te, Fernande, foci, Te petit ara ſibi.
Te tenerum Imperij juſſerunt ſumere pomum,
Tam citò, quod juveni mittitur, alter habet.
Vix roſeis primi micuerunt vultibus ignes,
Grata DEO cecidit victima, PROQVE DEO.
Veris amor placidi ſublatus flamine venti,
Svavis PRO POPULO & Numine factus odor.

ANnus poſt milleſimum, ſexcenteſimum, tertius & trigeſimus, Ferdinando Tertio, Bohemiæ, Hungariæque Regi, & Mariæ Regis Hiſpaniæ Sorori, Filium dedit primogenitum Ferdinandum IV.; qui Anno M. DC. XL. VI. Rex Bohemiæ, altero etiam Hungariæ inauguratus eſt. Conſanguineam Virtutem hauſit cum lacte; non alienis imbibit exemplis. Pietas illum Auguſtiſſimi Patris docuit, quid PRO DEO: Juſtitia, quid PRO POPULO ageret. Mitiores Muſas ità coluit, ut mitiſſimum decebat ingenium. Una Latij ſermonis elegantia ſatis illi ſuperq; Regnum Romanorum ſpondebat. Idiomatum cæterorum ſic calluit proprietates, ut, quibus imperaret gentibus, verbis cujuſque proprijs jura dictare poſſet. Illiberale ratus, cui terrarum imperium commiſſum eſt,

ignorare, cujusmodi ſit, cui imperet: occulta naturæ ſagaci ingenio perſcrutatus eſt; ac nè cœlo vivens Princeps ignoraret, quæ iſthic gererentur, cœlorum, ſiderúmque curſus clariſſima mentis acie eſt contemplatus. Conjuncta Sapientiæ Virtus auguſtam in regio pectore ſedem collocaverat. Edixit jam à teneris Ferdinandus, regnorum firmamentum eſſe præclaram conſtantémque adverſus Deum Pietatem: cujus magnitudini ſufficit eſſe Auſtriacam. Hâc ille, tanquam hæreditariâ, ſic ferebatur in Deum Euchariſticum, ut vel delatum ad ægros, quoties tinnitus æris moneret, ſupplex de genibus adoraret in palatio: vel Theophoriæ ferijs, factus è Principe Comes, prælata face deduceret per Urbis compita. Tunc ardore Pietatis cum Solis urentis æſtu certabat, omnéſque aëris injurias una Numinis præſentia ſerenabat. Stupuit è rheda deſilientem, latenti ſub Panis involucris Deo, lutulentâ humo Ferdinandum genua figere, Ratiſbona, agnovítque in Auguſta Domo etiamnum vivere Rudolphos, quibus Orbis Euchariſticus totius orbis imperium, non jam pariat, ſed conſervet. Ad proferendos caſtæ Religionis limites: limitaneum Swidnicij in Sileſia poſuit fidei propugnaculum, Societatis Jesu Collegium. Ad incrementum Clementiæ, vultûs benignitati addiderat natura ſvavitatem vocis, quâ ſupplicum ad ſe animos pertrahebat. Unus miſerorum intuitus vultui Sereniſſi-

niſſimo triſtitiam inducebat; una opem implorantibus opitulandi facultas lætitiam revehebat. Deus eſt mortali juvare mortalem, dixit ille, & hæc ad æternam gloriam via. Virtus illius (ut olim Theodoſij) meruit Imperium: ſed virtuti addidit forma ſuffragium: quo pulchriorem viſum nunquam fuiſſe Principem, omnes voce unâ teſtabantur. Maturas Imperio dotes attulit in adoleſcentia, quòd, contractiore diſcendi viâ, exemplis potiùs ad regnandi artes inſtructus eſſet, quàm præceptis. Auguſtos Romani Regis honores Auguſtæ Vindelicorum, Ratisbonæ coronam ſuſcepit, M. DC. L. III. Sed hìc Deus illum tantùm terris oſtendit. Deo ſinente rapiuntur quidam celeri fato, nè amemus vitam; quam ſi in bonis accenſeret Numen, juſtis non raperet. Sic Ferdinandus brevi Lauream cum Cupreſſo, theatrum cum feretro, faſces cùm facibus commutavit. Pulcherrimi flores celerrimè decidunt; & quibus fidimus plurimùm, primi rapiuntur. Et Ferdinandum Auguſtæ elegit Majus, Ratisbonæ coronavit Junius, Viennæ altero anno extinxit Julius, Sole atrato luxit Auguſtus, & ſiderum Princeps diminuto lumine, extinctum terræ Sereniſſimum Solem deploravit. Ipſius Terræ, dura licet, viſcera commota ſunt; & ſublato, quo nitebatur, fundamento, intremuit orbis, ruiturus, niſi Leopoldus Herculeos humeros ſuppoſuiſſet, & feliciſſimè ſuſtentaret. Non ſatìs perfectum

Digitized by Google

Quarto trinum fuit regnum; quartum petijt, quartùm coronandus. Hoc unum, cùm populi Septemtrionis vaſtarent Bohemiam, & vis Tranſilvaniæ diriperet Hungariam, perdere timebat, inquiens: Toleranda eſt jactura; modò non perdamus Regnum cœlorum. Brevi tempore Rex, diu Imperator, ſibi, dum vixit, imperavit. Unum ſibi perpetuò conſtat virtutis imperium. Qui vixit ſinè macula, mori maluit, quàm maculas tolerare. Morbus ipſe innocentium teſtatus eſt, quòd innocens moreretur; vixerat enim ſemper ut Angelus (quod nomen illi non tam Aula, quàm Virtus dederat) nisì quòd Majores mortalem genuiſſent; tandem ut homo vixit.



BIBLIOTECA NAZ.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEOPOLDUS I.
IMPERATOR
BOEMORUM REX XXIV.

INconſtans duplici ſinuatur cardine Cœlum,
Et vario varias aſpicit ore plagas.
Non minor Iſte polo; major Tellure; ſerenis
Terram oculis, placidâ ſidera fronte beat.
CONSILIUM Regale Orbes, INDUSTRIA Reges
Continet: hoc duplici cardine terra ſtetit.
CONSILIUM Auſtralem, Borealem INDUSTRIA finem;
Tu, LEOPOLDE, polum ſolus utrumq; regis.

QVo tempore Ratisbonæ, pro ſalute patriæ, reducendæ pacis conſilia egit Ferdinandus Tertius, Anno M. DC. XL.; in patriæ ſalutem, natus eſt Viennæ, non quidem natu, ſed dotibus maximus, nomine, & imperio PRIMUS LEOPOLDUS. Felicitatem ſecum traxit vix natus, non alijs communem, ſed propriam, quâ Primus ipſe frueretur; feliciſſimus, in quem tam citò Cœlites, cum Primo, & Feliciano, conſpirârunt. Quorum luce Auſtriacum cœpit orbem illuſtrare, eorumdem die octavo, anno ætatis bis octavo, Coronæ Hungaricæ pro gemma caput inſeruit. Sic ſummæ, in Regno Hungariæ, LEOPOLDI felicita-

licitati prælusum eſt. Bohemiæ Sceptrum, M. DC. LVI. cum Exaltatæ Crucis memoria ſuſcepit, ſimul ſignum, in quo vinceret, novus accepit Conſtantinus. Nec ſinè eventu: cùm è Bohemia in Auſtriam reduci, clade affectos in Croatia Turcas, Fama verax nuntiavit. Ut nihil eorum ignoraret, quæ aut in pace, aut in bello, ſive ad Regem, ſive ad privatum pertinerent, ingenium illuſtre altioribus ſtudijs dedit; noverat enim illud Juſtiniani: Imperatoriam Majeſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus decet eſſe armatam. Erepto ex humanis Auguſtiſſimo Cæſare Ferdinando, erant, qui ſimul Auſtriacam concidiſſe gloriam, vel crederent, vel ſperarent: ſed LEOPOLDUM hi non noverant: cui velox Virtus, ætatis morâ non retardata, orbi ferendo humeros aptaverat. Quanta Virtus, feſſo Atlanti tanto ſuccollare! Primum Germanicorum Cæſarum completurus Jubilæum, omnium complexus eſt ornamenta. Generoſæ arboris planta ſtatim cum fructu eſt. Sarmatiam Septemtrio victor armis occupaverat; Urbes Regno, Regnum Regi propè ademerat; Cimbricam Cherſoneſum Vandalus oppreſſerat; Princeps Daciæ ſe hoſtibus miſcuerat; una rebus feſſis fuit ſalus, Domûs Auſtriacæ columen LEOPOLDUS. Miſit ad reſtingvendum viciniæ incendium opitulatricem manum, & V. Idus Junias, natali ſuo die, hoſtem fudit primùm ad Cracoviam, non ſine novo Divorum Primi & Feliciani auſpicio. Daciæ deinde

deinde Principem ad ſua remiſit; Cracoviam hoſte vacuam ſuo paulò pôſt Regi reſtituit. Olim Crocco Bohemorum Duci ſecundo, quòd fluctuantem Poloniæ ſtatum feliciter compoſuiſſet, in accepti beneficij monumentum, urbem, quã extruebant, ejus ex nomine dixere Crocoviam. quantum nunc debent LEOPOLDO PRIMO, qui Poloniæ Cracoviam; imò Poloniæ Poloniam reddidit! Hæc eſt Auſtriacorum glorioſa ambitio, erepta hoſtibus regna, ſuis armis legitimo Principi vindicare. Sic & Daniam Regi ſuo aſſeruit LEOPOLDUS, digniſsimus orbis imperio; qvi ſimul regnare, ſimul regnis Reges reſtituere cœpit. Apertâ igitur (fruſtra obices ponente invidiâ) & regiâ viâ pervenit ad Imperij diadema; &, quæ pridem Virtus collegerat, concordia Electorum tulit ſuffragia, M. DC. L. VIII. Digniſsimus eſt, ut imperet, cui Virtus propria calculum adjicit. Noverat jam Cæſarem lætus Occidens: ut Oriens quoq; nôſset, in citeriorem excurrit Pannoniam, percurrit Moraviam, vicinam quoq; luſtraturus Auſtriam. Magnanimi Leones ad nullius occurſum pavent. Qvi exteris nuper regnis tranquillitatem impertierat, à ſummo Regum Numine pacem ſuis, & ſocia Cælitum arma impetravit. Cæſar DEO cordi eſt, cui cordi DEUS eſt. Iverunt in prælium pro LEOPOLDO Divi, & expugnatâ Nitriâ, receptâ Levâ, inde profligato Moldaviæ Principe, fuſum rurſus Turciæ Tyrannum ad S. Gothardum Cæſari

herbam porrigere, & pacis olivam poſcere coëgerunt. Magnos magna Virtus nacta eſt adverſarios. Excitavit in LEOPOLDUM Orcus novos hoſtes, tantò nocentiores, quantò tectiores: quorum temeritatem CONSILIO, machinationes INDUSTRIA, perfidiam CLEMENTIA vicit. Plura de his nè dicam, mitiſsima, quam rei pro theatris abunde commendârunt, jubet Principis CLEMENTIA, quæ hoſtium non vult meminiſſe. Vivit jam felix, cujus Potentiam moderationi, ſtudio Pacis Fortitudinem, Majeſtati Gratias, Prudentiæ Liberalitatem, CONSILIO INDUSTRIAM junctam orbis admiratur. Religio abolitam Hebræorum ſuperſtitionem, & reddita Eccleſiæ templa lætatur. Optavit ſanguinem dare Ferdinandus Tertius, ut Hungariam cernere converſam liceret; dedit ſanguinem, cùm dedit LEOPOLDUM, cui Fides trophæa ſtatuit DE HUNGARIA RESTITUTA. Applaude Tanto Principi, fidelis Bohemia! Principum Tuorum Sexageſimus Primus, novam tibi ſpondet ſeriem Principum Auſtriacorum: tu illi vove Vitam, Felicitatem.

PRAGÆ, Typis Univerſitatis Carolo-Ferdinandeæ, in Collegio Societatis JESU, ad S. Clementem, Anno 1673.

Digitized by Google

Digitized by Google